SVPPLEMENTVM

TOMI XII.

BIBLIOTHECAE ORIENTALIS

ET

EXEGETICAE

JOHANNIS DAVIDIS MICHAELIS

---

id eſt,

J. D. Michaelis enarratio bibliorum Kennicottianorum, quae in Tomo ejusdem bibliothecae XI. pagina 72 – 131. data erat, latine verſa.

Kennicotti ad J. D. Michaelis epiſtola, cum hujus, ad quem data erat, reſponſionibus ſubjectis.

Eichhornii ſententia de bibliis Kennicottianis, quam in ephemeridibus Jenenſibus dixerat, ab ipſo latine verſa.

Francofurthi ad Moenum,
apud Jo. Gottl. Garbe. 1778.

* * *

Unum ab exteris, qui germanicam meam bibliorum Kennicottianorum enarrationem legere nondum potuerunt, peto, ut ante literas Kennicotti ad me datas, measque responsiones, ipsam narrationem, de qua disputatur, primo loco legant: sic enim tanquam in rem praesentem venient, arbitri futuri, uter nostrum alteri injuriam fecerit. Cur autem tam irascatur Kennicottus, utrum quod alia me scripsisse putaret, ipse linguae Germanicae expers, an alia de caussa, lectores aut expediant, aut suspicentur. A controversiis omnibus abhorrens, nec his, qui me in Germania lacessunt respondere solitus, publici eruditorum fiducia, quod aequam utraque parte audita dicit sententiam, si vel nihil reponam, hic tamen a more meo discessi: partim quod Kennicottus flagitaret, ut suas ad me literas bibliothecae orientali insererem, partim quod exteri, enarrationem germanica lingua scriptam non intelligentes, utramque partem audire, proque sua aequitate ac veri amore judicare non possent, nisi latine versam enarrationem darem. Goettingae die 13. Maji 1778.

CCI.

NARRATIO

DE

Vetere Testamento Hebraico cum variis lectionibus, ex editione Benjamini Kennicott, S. T. P. aedis Christi canonici, et bibliothecarii Radcliviani. Tom. I. Oxonii e typographeo Clarendoniano:

ex tomo XI. bibliothecae Orientalis inde a pagina 72 latine versa (*).

Praelibo aliquam de libro, avide ab omnibus exspectato, narrationem, ne desiderium lectorum destituam, cum pleniorem dare, ac sententiam dicere, temporis angu- 72

stia

(*) Numeros paginarum bibliothecae Orientalis margini adjicio, quod eas in literis ad me datis citavit S. V. Kennicottus.

ſtia intercluſus nequeam, die enim demum octavo Septembris ejus compos factus ſum. Nec quidem, ſi vel in ſequentem annum dif-
73 ferrem, ſententiam dicere haberem: de hujus enim generis libris judicari, quid praeſtent quid non praeſtent intelligi, naevi animadverti nequeunt, niſi poſt aliquot annorum uſum prope quotidianum. Varia lectio primo adſpectu minima, litera forte quieſcens poſita aut omiſſa; quid momenti ad interpretationem adferat, non animadvertimus, cum ſe in magna variarum lectionum ſilva oculis noſtris offert: at ipſos libros ſacros ſtudioſe ſcrutantes, de ſenſu verborum anquirentes, totosque adhibita editione critica perlegentes, quo valeat varia lectio perſpicimus. Conſequens ex his eſt, ut Kennicottianae editionis deſcriptionem, qualem ipſe optaverim, dare nequeam, donec denuo omnes libros qui in tomo primo exhibentur auditoribus meis interpretatus fuero. Sed accedit aliud, minus equidem gratum, quo prohibeor ſententiam certam, cujus me non aliquando poenitere oporteat, ante viſum tomum ſecundum dicere: codices enim, quorum variae lectiones excerptae ſunt, nondum deſcripſit, ac nedum nominibus quidem ſuis indicavit Kennicottus, ſed ſolis numeris nominum loco poſitis, quorum numerorum ſig-
74 nificationem adhuc ignoramus. Ingratum ſane lectoribus, quod deſcriptionem codicum

tomo ſecundo ſervat, nec, ut Wetſtenius in prolegomenis tomi primi codices deſcripſit in tomo primo excerptos. Hoc tamen ſi moleſtum ei erat, ſi quid impediebat, poterat certe numeros codicum in tabula duorum foliorum, qualem Wetſtenius Tomo primo prolegomenorum pag. 220. 221. ſubjunxit, interpretari ſolis codicum nominibus adjectis, ut quae legimus quodammodo intelligeremus, jam enim nil animo complectimur, praeter certum aliquem numerum ſiphrarum ignotos codices ſignificantium. Jam, ut exemplo utar, ignoramus, ſintne codices Regiomontani a Lilienthalio excerpti in Kennicottianis: fac, pro varietate ex his mihi duobus codicibus nota, tres a Kennicotto codices citari, ambigendum mihi erit, ſintne illi duo ex tribus Kennicottianis? an duo tribus addendi? duo, an quinque lectionis teſtes? id quod ad judicandum de lectione non perinde erit. Nec minus refert, meliorisne ſint, an mediocris notae codices, quos novae lectionis teſtes citari videmus; id vero donec ſecundus tomus prodierit plane ignorabimus; ſequioris enim etiam notae in tanto numero aliquos eſſe, quis dubitet? Sperare equidem auſim, ubi 10, 20, 30, codices citantur, non paucos in hac tanta copia bonos eſſe: at ubi pauci, tres aut quatuor, unde colligam bonos aut mediocres eſſe, nec de ea ſorte codicum plebe, quam ipſe

Kennicottus reprobabit. Anonymi teſtes ſunt, ut ephemeridum noſtrarum eruditarum judices anonymi. — — Ne de diligentia quidem eorum, qui codices contulerunt, enarrator operis ſententiam dixerit, quod aliquo modo fieri potuiſſet, ſi myſterium numeroruin additis in tabula nominibus evulgatum eſſet; ſic enim excerpta aliquot codicum, typis jam deſcripta, ut Regiomontanorum, comparare, ſuisque oculis in illorum exemplo videre poſſet enarrator, ſintne lectiones diligenter indicatae. Sed jam ne id quidem facere datum.

Quod ſi ſtudium grata lectoribus faciendi non eo valebat apud Kennicottum, ut numeros tabula explicaret, infenſorum tamen adverſariorum criminationes permovere eum poterant, ut ſuo honori conſulens id faceret. Hi quidem jam diu clamitarunt, ignotos codices eſſe, quos in ſcriptis alleget, peſſimae fortaſſis notae, deſcribi certe ab eo debuiſſe. Amici contra viri celeberrimi, atque adeo omnes nullo partium ſtudio inclinati, hanc adcuſationem iniquam habebant, partim et publice reſpondebant, haec ante tempus exigi,
76 exſpectandum, donec ipſa prodeat bibliorum editio, tum enim codices deſcripturum eſſe. Hos autem omnes et amicos, et neutris partibus faventes, jam deſtituit Kennicottus, non faciens quod omnes ſperaveramus, idque faciens,

ciens, quod ne infenſiſſimi quidem hoſtes ſperaſſent, ſolos numeros ponens, inacceſſa myſteria. Animumne viri celeberrimi non ſubibat, haec non impune ipſum laturum, avide arrepturis adverſariis veriſimilem criminandi cauſſam? Hi quidem jam gloriari audaciusque adcuſare poterunt, non, artem ac diligentiam criticam, codices conferentem, atque qui ſint illi codices indicantem, ſed Kennicottum: injuſtae ſint eorum adcuſationes, ut plane puto, ſed Kennicottus conqueri non poterit ſibi fieri injuriam, nec vel amiciſſimus defenſionem ejus ſuſcipere, donec tabulam, in qua numeri explicentur, typis deſcribi faciat, atque ut ſupplementum Tomo primo gratis addat: ac ne pro certo quidem dixerim, omnibus id *ſatis* viſum iri, quibusdam forte et deſcriptionem codicum tanquam de jure exacturis, qui enim grata lectoribus et ſperata facere neglexit ſcriptor, forte nec lectores ſatis experietur aequos, eos maxime, qui ſoluto ante impreſſionem libri pretio eum emerunt, plusculumque ſibi juris arrogare ſolent.

Eſt mihi perquam moleſtum, haec enarrationi libri praefari, de quo tantas ſpes conceperam; ac plurimas quidem illarum forte 77
impleverit Kennicottus, ſed illa paucarum plagularum aut unius parſimonia facit, ut judi-

care nequeam. Ergo dispositionem libri indicabo, atque aliqua, quae praelibari possunt praelibabo.

Tituli paginae aversae subjunctum mandatum imprimendi (*Imprimatur*) ab illustrissimo Domino North, academiae Oxoniensis cancellario signatum: sequitur dedicatio, Regi *singulari, qua par est, observantia*, opus offerens; deinde *nomina fautorum, qui opus hoc honorifico suo condecoraverunt patrocinio*, praemissa ex S. Vener. Semleri *admonitione de observandis Hebraicorum MStorum membranis* (Halae 1764) laude Britannorum rem criticam opibus suis juvantium. Justa et vera laudatio Semleriana, sitne autem decorum, eam nominibus horum praemittere, *qui suas liberaliter contulerunt pecunias*, de eo non omnium una erit sententia.

Fautores operis in Magna Britannia, Hibernia et America, pecuniam contulerunt, sive 1) *collationi codicum*, 2) sive *praeparationi variarum lectionum ad praelum*, denique 3) *editioni*, aliqui his omnibus: quisque quid fecerit, adjectis literis C. P. E. indicatur. 78 Literam E, nisi in numerando error obrepsit, 330 circiter nominibus adjectam video, sed in his non pauci sunt, qui plurium exemplorum pretium ante editionem solverunt, rem promotu-

moturi. Sequuntur exteri emtores, pretium ante editionem ſolventes, ex Belgio foederato 35, Belgio Auſtriaco 1, Dania 1 (Rex ipſe), Gallia 33, Germania 39, Helvetia 4, Hiſpania 20, Hungaria 1, Italia 10, Polonia 1, Boruſſia 1, Ruſſia 5, Sardinici regis ditione 1 (rex), Svecia 16, Transſilvania 1. Non ingratum forte lectoribus thermometrum: et tamen nolim verum ſtudii critici thermometrum haberi, amore patriae, ne nimis infra Britanniam ſubſidat. Videntur etiam aliqui exterorum nomina jam dediſſe nondum indicati, atque adhuc integrum eſſe, nomina dare addito libri pretio, ſubſcripſit enim Kennicottus: *ſi quis alius apud exteros pro opere hoc ſuas jam dederit, vel mox daturus ſit pecunias, nomen inveniet ſuum praepoſitum tomo ſecundo.*

Sequitur praefatio, ſcitu maxime neceſſaria docens libro uſurum: textum Hebraicum 79
ex Van der Hooghtiana editione (Amſtelodami 1705) ſumtum eſſe, ex Polyglottis Londinenſibus Samaritanum. Signa deinde, quibus editor in lectionibus variis indicandis uſus eſt, §. 10-17. explicantur, idque ipſum neceſſarium. Gratius lectoribus fuiſſet, ſi Kennicottus iisdem ſignis uti maluiſſet, quibus ex Wetſtenii Novo Teſtamento, libro ſimillimo et plerisque notiſſimo, jam ante adſveverant.

Non eadem se ubivis signa posuisse ipse monet Kennicottus, additis exemplis, quae evolvi possint, exque illis varia ratio indicatarum lectionum disci. Melius vero eodem semper signo usus esset, haec enim varietas molesta lectoribus, augetque laborem eorum, qui collectione Kennicottiana uti volunt. Millius certe, Wetstenius, Bengelius (quamquam hic multitudine signorum molestus) non ita in Novo Testamento egerunt. Ingratum hoc primo auditu, antequam tamen per aliquot annos libro usus fuero, arbitrari nequeo, aliquidne veri incommodi, aut periculi errandi, in hac insit varietate signorum.

80 Literas quoque majusculas et minusculas in codicibus repertas indicare suscepit Kennicottus, ut ב majusculum in בראשית Genes. I, 1, ה minusculum et ex alia lectione ב majusculum Genes. II, 3. בהבראם et בהבראם: recte, ut opinor, sed additam rationem, *quia formae hae abnormes caeteris annumerari possunt modis, quibus eluceant codicum MStorum aetates, gradusque superstitionis Masoreticae* anno 1776 non exspectassem. Quid quaeso superstitionis habet, quod ipse Kennicottus non in pagina modo prima praefationis, sed et ubi literis indicat, quid quisque fautorum operi suo contulerit, majusculis literis usus est, C. P. E non c. p. e? Hoc si in ipso

nemo ſuperſtitionis adcuſaverit, cur ſuperſtitioſum בראשית Beth majuſculo ſcribere? Quid? ſi criticus literas minuſculas poſuerit, indicio, illas literas ab aliis codicibus abeſſe? idne ſuperſtitioſum? Ablego lectores ad enarrationem primae diſſertationis Kennicottianae (*) ante hos 22 annos latina lingua evulgatam, ipſique adeo Kennicotto, ni fallor, viſam, quem hac in re jam mecum conſentire putabam: plura 81
de literarum formis majuſculis, minuſculis, inverſis &c. in grammatica uberiore, quam paro, daturus, ſi eam ad finem perducere licuerit. Quid autem ad dijudicandam aetatem codicum facere poſſint literae majuſculae aut minuſculae, (addo, quid ipſum Ain ſuſpenſum in Chriſti contumeliam poſitum, aliaeque ſimiles) non intelligo, donec Kennicottus nos doceat, quo ſeculo ejusmodi literae primum in codices invectae ſint: ſeculo undecimo jam uſitatas fuiſſe conſtat, unde ſequitur, ut codex, in quo inveniuntur, aetatem 776 annorum habere poſſit: jam cum ipſe Kennicottus nulli ſuorum codicum majorem quam 800 annorum aetatem certo adſignare ſuſtineat, poterit codex literas majuſculas et minuſculas habens vel ex antiquiſſimis eorum eſſe, qui huc uſque collati ſunt. Ex Ain quidem ſuſpenſo

(*) Vide *relationes de libris novis, faſcic.* IX. p. 31. 32.

ſpenſo paret, poſt Chriſtum, hac notatum contumelia, codicem exaratum eſſe: ſed id
82 vel ſive ejusmodi indicio de omnibus, qui mihi offeruntur codicibus ſumſerim.

§. XV. veram habet, ſed non ſatis diſtincte dictam, ſententiam: *in codicibus Hebraeis plurimae ſunt voces imperfectae, id eſt, quae carent litera vel literis in vocum fine, praecipue in fine lineae.* Idem in deſcriptione codicis Caſſellani, tomo II bibliothecae orientalis p. 239. 240 adnotatum: pro *plurimae* tamen ambiguitatis vitandae cauſſa melius ſcripſiſſet, *ſatis multae*, raro enim duo aut tria exempla in pagina folii majoris concurrunt. Non refello Kennicottum, ſed interpretor, ita enim, ut dixi, vocem, *plurimae*, eum accepiſſe reor.

Sequuntur per quatuor paginas integras teſtimonia eruditorum, partim mortuorum, utilem et neceſſariam codicum Hebraicorum collationem cenſentium, Erasmi, ipſius Buxtorfii, Hottingeri, Grabii, Jablonskii, deinde et viventium, qui quid de opere Kennicottiano ſperent profeſſi ſunt. Illi ſine dubio recte excitati: horum autem voces excerpi, quibus auctorem laudant, forte non ad guſtum erit Germaniae; ipſeque adeo Kennicottus plerisque teſtibus et laudatoribus publico eruditorum ac criticorum notior.

Jam

Jam ipſe liber ſequitur. Pentateuchus Mo- 83
ſaicus 444 paginas implens, charta liberaliter impenſa: paginae in duas columnas diviſae, quarum una habet textum maſorethico-hebraicum ex Vanderhoogthiana editione, altera, aequali latitudine, Samaritani textus varias a Judaico lectiones, ita ut pro vocibus, in quibus Judaico congruit, lineae ſubſtituantur. Eſt hoc ad uſum legentium adcommodatum, pulcrum quoque ac gratum oculis: addo, typos elegantes eſſe, ac vincere, quidquid typorum Hebraicorum in Germania habemus, nec exceptis, quibus reliqui facile cedunt, typis Halenſibus: ſed prodiga ſpatii pulcritudo. Columnae Samaritanae ſi minus fuiſſent latae, ubi variae lectiones Samaritanae tantum ſpatii non poſcebant, facile 60 paginae his impendi potuiſſent, de quibus p. 73-76 dixi. Quod autem Samaritanas lectiones non Samaritanis literis expreſſit, ſed Hebraicis, magnopere probo, gratumque fore reor lectoribus plerisque. Textui ſubjectae ſunt variae lectiones, Pentateucho quidem duabus columnis diviſae, 1) ex Samaritanis codicibus textui Hebraeo Samaritanorum, 2) ex Hebraicis textui Judaeorum. Et hoc placet, eo perti- 84
nens, ut facilius lectores opibus criticis Kennicotti uti poſſint. Ultima pagina habet indicem codicum collatorum, numeris iterum ſuis indicatorum, eumque excerpo, ut magnitu-

do

do laboris et utilitas operis existimari possit. Collati ergo sunt

AD GENESIN (*)

129. *Codices Hebraici manuscripti per totum collati*, 97, *in selectis locis collati* 223.

Editiones per totum collatae 17, *in locis selectis collatae.* 21.

130. *Codices Samaritani manuscripti, per totum collati*, 11, *in locis selectis collati* 7

376

AD EXODUM

Codices Hebraici manuscripti, per totum collati, 103, *selectis in locis collati*, 192.

Editiones per totum collatae 17, *in locis selectis collatae* 18.

Codices Samaritani manuscripti per totum collati, 11, *selectis in locis collati*, 7

348.

AD LEVITICUM

Codices Hebraici manuscripti, per totum collati, 101, *in locis selectis collati* 176.

Editiones per totum collatae 17, *in locis selectis collatae*, 18.

Codi-

(*) Hic pagina 84. magnum, fateor, errorem commiseram, festinatione et urgentibus operis ac nundinis librariorum numeros Deuteronomio subjectos de toto pentateucho accipiens et ponens: quem errorem statim ut animadverti p. 129. indicavi et correxi.

Codices Samaritani manuscripti per totum collati 10, *in locis selectis collati* 7.

329

AD NUMEROS 131

Codices Hebraici manuscripti per totum collati, 103, *in locis selectis collati* 170.

Editiones per totum collatae, 17, *in locis selectis collatae* 18.

Codices Samaritani manuscripti per totum collati, 11, *in locis selectis collati*, 7.

326.

AD DEUTERONOMIUM 84

Codices Hebraici manuscripti per totum collati 108, *in locis selectis collati*, 197.

Editiones per totum collatae, 17, *in locis selectis collatae*, 18.

Codices Samaritani manuscripti, 11, *in locis selectis collati* 7.

358.

AD LIBRUM JOSUAE. 85

Codices Hebraici (jam enim ab hoc inde libro nulli sunt Samaritani) *manuscripti*, *toti collati*, 65, *in locis selectis collati* 119.

Editiones per totum collatae, 17, *in locis selectis collatae* 13.

Haftharoth, 27.

241.

AD

AD LIBRVM JUDICUM.

Codices manuſcripti per totum collati, 67, *in locis ſelectis collati* 123.

Editiones per totum collatae, 17, *in locis ſelectis collatae* 14.

Haftharoth, 84.

305.

AD LIBROS SAMUELIS.

Codices manuſcripti per totum collati, 68, *in locis ſelectis collati*, 122.

Editiones per totum collatae, 17, *in locis ſelectis collatae* 12.

Haftharoth, 103.

320.

AD LIBROS REGUM.

Codices manuſcripti per totum collati, 65. *in locis ſelectis collati*, 115.

Editiones per totum collatae, 17, *in locis ſelectis collatae*, 12.

Haftharoth, 103.

312.

86 In tanta codicum collatorum copia rei criticae imperitus exſultet forte pio gaudio et exclamet, multo plus jam in Veteris Teſtamenti textu repurgando actum, quam in Novi, exclamaverint etiam ephemeridum eruditarum ſcriptores aliqui. Hae vero voces, omnia jam acta putantium, ſtudium criticum reſtinctiurae potius quam accenſurae: unde ne

ipſi

ipsi quidem Kennicotto, quo est literarum et criticae artis amore, gratas fore arbitror. Comparemus ergo Novi et Veteris Testamenti opes, quas nunc habemus, criticas, dispiciamusque, quomodo hae se ad illas habeant, si illi, quibus Kennicóttus negotium codicum conferendorum demandavit, satis ad illud diligentiae attulerunt. — — Bene vero nobiscum agi puto, si eo in gradu jam consistit critica veteris Testamenti, quem Novi assequuta erat Henrici Stephani et Bezae tempore, aut si adeo paulo altius evecta est: eo autem usque, quo seculo XVIII vergente in Novo Testamento pervenimus, in Vetere perventum esse, non arbitror. Demamus ante omnia ex hac tanta multitudine librorum collatorum, editiones, et codices selectis modo in locis consultos, hi enim de caeteris, quae non rogabantur, respondere non potuerunt: res ad eos redit, qui toti sunt collati.

Primo autem omnes mihi daturos existimo, codicibus vulgaribus, i. e. qui nihil habent eximii, quo a promiscua codicum turba sejungantur (*), eo plus decedere auctoritatis,

(*) Nempe a reliquis distinguo *codices plane eximios*. Fac codicem seculi decimi, sive veteris sive novi testamenti, ex codice tertii seculi fideliter descriptum esse, nec a librario

87

ad

tis, quo longius absunt a fonte, quoque majus temporis intervallum illos inter est et libri auctorem. Ut in exemplo rem ponam, quis unum Novi Testamenti codicem sexto seculo scriptum *caeteris paribus* decem codicibus seculi XIV non aequiparaverit? cum ex uno sexti seculi codice facile tot seculorum lapsu deni descripti fuerint, plus auctoritatis non habituri, quam ille unus, ex quo manarunt. Secundi autem seculi codicem, modo illum haberemus, quot codicibus decimi quarti auctoritate parem existimaturi eramus, vix audeo dicere! Nempe propius a fonte abest. Fa-
87 teor, graves errores librarium in illo quoque committere potuisse, si negligenter in describendo versatus sit: duo vero codices, alter ex altero non descripti, eosdem errores non habebunt. Summa ergo duorum fonti proximorum habenda erit auctoritas.

Sed quorsum haec de novo testamento? Nempe recentissimi novi testamenti codices, quibus criticus uti dignatur, seculo scripti XIV, propius absunt ab apostolorum tempore, quam vel antiquissimi, quos habemus, veteris testamenti, non jam dicam a Mose, Davide, Jesaia,

ad sui temporis lectiones vulgares refictum, ejusdem jam pretii et auctoritatis erit, atque codex seculi tertii.

saia, sed ab exsilio Babylonico. Primum Hierosolymae excidium sub Nabochodonosore ad annum ante Christum 588 referri solet: Hebraicum codicem forte nullum ante annum 1000 scriptum habemus, sed fac superesse nobis exceptosque esse Hebraicos codices anno 800 scriptos, hos ipsos inter et primum Hierosolymae excidium 1388 anni interierunt, id est, paulo plures, quam ab eo tempore, quo evangelistae et apostoli scripserunt, ad seculum decimum quartum effluxerunt; totidem, quot ab apostolis ad seculum XV. medium. Aliqui, fateor, libri Veteris Testamenti post exsilium 89 Babylonicum scripti, sed plerique ante illud. Vix ergo videtur in antiquissimo, qui nobis superest, Veteris Testamenti codice, *caeteris paribus*, plus residere auctoritatis, quam in recentissimis Novi foederis. Sed praeter hos recentissimos alios habemus Novi Foederis codices a seculo decimo usque ad sextum, quos inter et apostolos ipsos non nisi 850-450 anni fluxerunt, atque ex his aliqui statim in initio renatae artis criticae collati. Haec cum ita sint, erraverimne, omnium Novi Testamenti codicem cum Veteris comparans? Plus forte dabunt lectores, sed malim, eo quod dixi contentus esse, ex quo consequitur, ut idem jam in Pentateucho praestitum sit, quod in evangeliis, postquam decem codices, in libris historicis V. T. quod in epistolis, postquam

6 aut 7 codices collati erant. Ergo bene nobiscum actum putemus, si jam in Testamento vetere paulo plus praestitum, quam Roberti et Henrici Stephanorum tempore in novo: initia sane non poenitenda, sed pergendum, et allaborandum, ut eo aliquando perveniamus, quo nos Wetsteniana editio Novi Testamenti perduxit. Plus etiam ultra iri, plus in libro tantae antiquitatis praestari posse, quam praestitum est in Novo Testamento, despero: ut enim de his codicibus, qui nobis supersunt, nihil dicam, ille ipse, quo usi LXX sunt interpretes, multo remotior est a Mose, eique comparatus recentior, quam seculi decimi codices a tempore apostolorum. Huc tamen, quo perventum est ope Kennicotti, ut perveniretur, multo majoris laboris fuit, quam Henrico Stephano XV codices et editionem Complutensem conferre: majores ergo et Kennicotto gratiae habendae, nec imputandum, aut de hac gratia demendum, si qui Kennicottiani operis naevi sunt, seu potius, si qua lectoribus optata facere neglexit.

Ex his sequitur, primo, ut in coepto labore pergendum sit: deinde, ut ea, quae in *introductione in Novum Testamentum* (*) conjectu-

(*) §. 101. 102. tertiae editionis, quae anno 1777. prodiit.

jecturae criticae oppoſui, ad Vetus teſtamentum non ſint transferenda: hujus enim vera lectio multis forte in locis non ſolum codici- 91
bus Kennicottianis perierit, ſed et illis, ex quibus LXX, Chaldaei, Aquila, Symmachus, Theodotio, Syrus, Hieronymus, Hebraica verterunt. Ipſum a Rabbinis eorumque ſequacibus, non viſum unquam, ſed tamen jactatum exemplum Pentateuchi, quo Ezras utebatur, mille annorum intervallo a Moſe ſejunctum, veram ubique lectionem exhibuiſſe, quis ſpondeat? Modeſtam tamen et verecundam eſſe velim conjecturam, atque adeo timidiores criticos, quam ipſi ſacrorum noſtrorum repurgatores, Lutherus et Calvinus, in conjiciendo fuerunt, ille quidem, cum biblia germanice verteret, hic in commentariis.

Quod ſi ex me quaeras, quid in codicibus adhuc faciendum ſuperſit, (de verſionum enim et Thalmudicorum librorum collatione jam non loquor,) ad haec fere redibit.

1) Iidem codices, quos excerpi curavit Kennicottus, digni ſunt, qui data occaſione denuo ſinguli conferantur: quantum enim diligentiam eorum fugere ſoleat qui codices conferunt, Wetſtenii 92
exemplo diſcimus, qui codices jam antea collatos ſecundum conferens, multas

tas invenit varias lectiones, superioribus non observatas; quin et qui post ipsum eosdem codices inspexerunt, notarunt aliqua acerrimos Wetstenii oculos fugientia.

2) Inprimis opus est, ut qui bibliothecas exteras adeunt, codices Kennicottianos in locis selectis ac dubiis de Daleth et Resch, Beth et Caph, denuo interrogent: suspicor enim, non omnes hujus generis lectiones varias excerptas esse. Nec solae literae inspiciendae, sed et signa diacritica: ambigua enim figura literae, si aut Raphe aut Dagesch habeat, Daleth erit, sin utroque careat, Resch.

3) Puncta etiam vocalia in posterum conferenda, quorum ope, ut saepe monuimus, lectio quoque literarum vetustioris codicis, ex quo punctator vocales descripsit, erui potest. Exemplo sit וַחֲסִידֶיךָ Ps. XVI, 10. quo in vocabulo Schva sub Daleth suspicari nos jubebat, fuisse codices, qui חסידך sine Jod plurali habuerint: quam suspicionem multi jam codices confirmarunt. Plura ejusmodi in manuscriptis codicibus observavi, 93 ubi a punctis nostris dissident.

4) Ma-

4) Masora antiquorum codicum digna, quae diligenter excutiatur: nec enim Masora est, ut ita dicam, una et catholica, sed valde diversa, ac Masora Masorae contraria; eaque diversitas varias nos docebit lectiones codicum, omnibus nostris antiquiorum, quique jam Masoretharum tempore senio venerabiles habebantur.

5) Codices a Kennicotto *in locis selectis collati*, quos inter sunt aliqui insigniores, toti conferendi, idemque faciendum in editionibus, quas de locis selectis consuluit, nec totas excerpsit.

6) Excerpta codicum aliorum, quae Kennicottus non habuit, evulganda. — — Sintne praeter Erfurtenses codices collati, quorum excerptis caruerit, interrogari mihi videor a lecturis? Sunt vero: ipse dum haec scribo domi meae habeo 94 duorum codicum excerpta, ultro mihi missa, ex quibus ditari possit Kennicottus; tempusque plura forte dabit, antequam prima editio Kennicottiani operis divendatur.

7) — — — — Haec omitto, ne justo citius evulgata impedimento potius quam adju-

adjumento sunt: videntur autem praecedentibus majora.

Unum scopulum evitent, velim, critici: nihil argenti impendant emtioni codicum, Kennicottiana collectanea ditaturi: verendum enim, ne argenti dator a Judaeis decipiatur argenti cupidis, et falsariis. Sed id jam alibi dictum.

Variae lectiones vocalium in Kennicottiano opere non quaerendae, idque jam antea noverant emtores: neque in defectibus pono aut adcuso, sed magnopere laudo Kennicottum, nimia non suscipientem. Vide P. I. bibl. Or. p. 213. Varias lectiones punctorum si quis desiderat, cum Kennicottianis bibliis conjungat biblia Joannis Henrici Michaelis, et Judaica Mantuana; amicum in bibliotheca critici consortium.

Jam si interrogent lectores, quid in Kennicottiano opere praestitum sit? emendando textui Hebraico quid ex illo peti possit subsidii? exemplis rei positis respondere malim. Iniqua autem ne a Kennicotto exigant, spes meas et primas et posteriores exponam, quas inter medio tanquam loco substitit collectio Kennicottiana.

Cum ante viginti, et quod excurrit, annos codicum Hebraeorum collationem profitere-

teretur Kennicottus, rem equidem factu maxime neceſſariam ſuſcipi putabam, ſpes tamen meae multum infra id, quod praeſtitit, ſubſidebant. Varias lectiones, quas ex verſionibus antiquis eruerunt critici, habituros quoque codices Hebraicos, et vero tanta copia, ſperare non audebam. Nulli eorum, qui nobis ſuperſunt, codicum Hebraicorum plura quam octo ſecula firmis argumentis adſtrui poſſunt, nec ipſe Kennicottus ſperare audebat 96
mille annis antiquiores: certum ergo eſt, omnes noſtros codices Maſora recentiores eſſe. Haec cum inter Judaeos legis haberet auctoritatem, librarii lectionem antiquiorum codicum ad legem Maſorae mutaturi et ad ejus normam ſcripturi videbantur, ipſaque adeo vetuſtiora exemplaria, radendo literas aut transfigendo (*) ad Maſoram correcturi. Quod ſi qua aliquando lectio Maſorae contraria diligentiam eorum fugiſſet, rara felicitas videbatur, nec timere deſinebam, ne codices noſtri omnes, intra 800 annos deſcripti, (de mille enim annis nihil certi habebam) nimis eſſent maſorethici et conſentientes. Spes etiam meas premebat magnum multorum ſeculorum intervallum, quod antiquiſſimos inter codices nobis ſervatos, eosque, quibus Graeci, Chaldaei, Syri, Latini translatores utebantur,

(*) P. I. p. 231-241.

bantur, intercedit, maxime si translatores non recens scriptos, sed suo jam tempore antiquos habitos, consulebant. Nostri, ut dixi, si bene cum illis agitur, ex decimo sunt seculo; his Hieronymus, vocales adhuc et accentus ignorans, 500 annis antiquior: isque insignes, ac pro antiquis habitos, codices conquirebat.
97 Aquila, Symmachus et Theodotio 700, et quod excurrit, annis; Onkelos et Jonathan, si vera sunt quae a plerisque creduntur, 900, LXX interpretes 1200 nostris codicibus majores. Speremusne, lectiones Masorae contrarias alicujus momenti, quas illi ante tot secula in suis reperiebant codicibus, tam diu manus Masorae servientium zelumque Judaeorum fugere potuisse? Nec ideo lectiones a veteribus expressae repudiandae, aut minoris faciendae, sed desperabam, eas in codicibus post sextum seculum scriptis supersesse.

Quod autem felix faustumque sit, huic meo metui contradixit eventus, ostenditque, Judaeos medii aevi non tam fuisse Masorae fidos, ut vulgo putabantur. Dissertationes Kennicottianae, atque excerpta codicum ab aliis publici juris facta, insignia exempla habebant lectionum, quas antiqui sequuti erant, in nostris codicibus invita Masora servatarum: Casselianus vero codex, quem ipse perlegebam, meisque oculis lectiones videbam, quas

in

in nullo codice exſpectaſſem, totum me a timidiuſcula ſententia dimovit, et ad ſpes majores erexit. Res tam manifeſta, ut vel acerrimi textus maſorethici defenſores faterentur, ipſeque adeo Tychſenius aliam jam textus maſorethici defenſionem meditaretur, codices a 98
maſorethica lectione mire diſcrepantes a monachis deſcriptos, et ad verſiones antiquas caſtigatos ſuſpicans.

Jam vero ſpes nimis amplas animo concipiebam: magnam earum lectionum, quas veteres ſequuti ſunt, copiam, verarum, falſarum, maxime tamen veras et inſignes, a codicibus Kennicottianis exſpectabam: aliis quoque locis obſcuris, criticorum interpretumque crucibus, quibus antiquae verſiones nihil opis adferunt, novam ex varia lectione lucem ſperabam.

Has ſpes meas nimias eventus non comprobavit, oſtenditque, non omnes meos timores vanos fuiſſe.

Ut autem in exemplis ponere poſſem, quid de lectionibus alicujus momenti excerpta Kennicottiana novi nos doceant, primo ea loca Geneſeos evolvi, in quibus varia lectio mihi aut melior maſorethica, aut certe veriſimilis jam antea viſa fuerat. Has quidem in par-

te IX bibliothecae, numero 155, indicavi, petoque a lectoribus, ut hunc jam in manibus librum habeant, ne mihi neceſſe ſit ſcripta repetere: ſed et meminerint, quae de lectionibus variis vocalium dixi, hujus loci non eſſe, ſolas conſonantium lectiones Kennicotto excerpente. Lectiones antiquorum, quas maſorethicis aut praeferebam aut aequiparabam, ubi in codicibus ſuis non invenit Kennicottus,
99 ſignum arithmeticum nullitatis (o) ponam.

Geneſ. II, 3. - - - o Quaerebatur de Reſch et Daleth.

II, 12. - - - o. Plene tamen ex varia lectione ſcriptum ברולח.

II, 24. Verbum שניהם, tot firmatum teſtibus, quibus addendus Hieronymus ad Eph. V, 31. Graeca Hebraicis curate comparans, in nullo codice Hebraeo invenit Kennicottus. Nec tamen ideo שניהם abdicaverim, ſed adcuſaverim potius codices ſuperſtites. Librarii et correctores in initio libri, ut videntur, diligentius lectionem ad Maſoretharum praecepta reformarunt. Nec tamen in loco tam illuſtri ſignum ○ ponendum, Samaritani enim codices hoc שניהם unanimiter habent: ſed novo teſte nullo lectio, ipſi ni fallor Kennicotto probata, firmatur.

IV, 8. de נלכה השרה nihil praeter id, quod ex Samaritano Pentateucho noveramus.

Mihi

Mihi verba נלכה השרה non probanti, favent 201 codices Hebraici, Piska non habentes.

IV, 26. - - - o. 100

V, 18. Pagina 210. 211. tomi ſecundi monueram, Caſſellanum codicem מאת שנה omittere. Pro hac omiſſione cum citari unicum codicem 157 videam, credo, Caſſellanum eſſe. Mirum, non plures teſtes ejusdem lectiones inventos eſſe, quam Jakſonius in *chronological Antiquities* Orientalibus Judaeis tribuit. Nullusne ergo codex Orientalium collatus?

VIII, 3. - - - o.

IX, 24. Variam lectionem, quam indicaveram et reprobaveram, in nullo, neque Hebraico neque Samaritano codice invenit Kennicottus.

X, 14. - - - o. Non mirum; conjectura erat.

XX, 12. Suſpicabar, puncta vocalia ad lectionem Samaritanam אמנם pertinere: jam hoc ipſum אמנם in codice Hebraico uno a prima manu invenit Kennicottus, ſed mutatum a correctore.

XXII, 13. אחר per Daleth in novem co- 101
dicibus invenit, inque permultis, Reſch habentibus, raſuram, ut initio Daleth fuiſſe videatur.

XXIV, 60. - - - o.

XXV,

XXV, 15. Permulti codices חדד (per Daleth) habent, ut vix dubitationi locus relinqui videatur.

XXIX, 33. - - - o.

XXIX, 34. - - - o.

XXXI, 20. Samaritanae lectioni, a me praelatae, עד, unus accedit codex Hebraicus, Kennicotto decimus nonus.

XXXV, 22. Vacuum ſpatium codices alii habent, non habent alii, nullus autem ſupplementum lacunae, nec id a codicibus Hebraicis ſperaveram, cum interpretes tot ſeculis priores, nihil in textu ſuo Hebraico invenientes, conjecturis parum probabilibus in loco reſarciendo uſos viderem. Hiatus, qui ante hos omnes fuit, ex nullo noſtrorum codicum ſuppleri poteſt.

XXXVI, 2. - - - o. Triſte ſilentium, nec in codicum, qui nobis ſuperſunt, laudem
102 cedens: quidquid enim hi habeant, vel non habeant, nimis recentes, certum pene, Samaritanam lectionem veram eſſe. Ergo hic maſorethici correctores lectionem Maſorae contrariam plane exterminarunt: nec equidem miror, tot enim raſuras, literasque transfixas codicum Hebraicorum vidi, ut potius mirer, quidquam Maſorae contrarii manus tam diligentes fugere potuiſſe.

XXXVII, 36. והמדינים, quod verum et certum reor, in nullo tamen codice Hebraeo reper-

repertum, sed tantummodo in Samaritanis: hi vero in Jod ponendo aeque unanimes, ac Judaici in omittendo.

XXXIX, 20. - - - o.

XLI, 43. ונתן. Huic lectioni octo accedunt codices Hebraici.

In vocibus Aegyptiis v. 43. 45. non quidem eas inveni varias lectiones, quas Jablonskio facem praeferente ex LXX promseram, nec vero post tria annorum millia veram lectionem vocum exoticarum ex codicibus Hebraicis restitui posse sperabam: sunt tamen 103
aliae lectionis varietates, suspectum facientes textum masorethicum, ut, quae proxime abest a Jablonskiana emendatione, פסנה pro פענח.

XLI, 54. - - - o.

XLVI, 13. - - - o. Quinque adeo codices una adhuc litera demta habent ויב.

XLVI, 28. Multa in להרות varietas lectionis, לחורות, להורת, להרת, sed illa una non comparet, quam et LXX et Samaritano textu excerpseram.

XLVIII, 12. וישתחון in codice 89 repertum.

XLVI, 16. - - - o.

XLIX, 4. פחות. - - - o. Hic quidem silentium codicum mirari subit, quas enim lectiones Chaldaeus expressérat, eas passim in codicibus Judaicis reperire pene adsveveram, unde

unde insolens mihi et novum, Chaldaei ac tot aliorum testium lectionem in nullo ex 108 (*) codicibus Kennicottianis exstare.

XLIX, 5. - - - o.

XLIX, 10. שלה sine Jod, quod multis testibus et gravibus credens lectioni consvetae praetuleram, licet nullum pro eo codicem Hebraicum excitare possem, in 27 codicibus invenit Kennicottus; pluribus, fateor, quam 104sperare ausus essem.

XLIX, 24. זרועי Samaritanorum septem etiam codices Hebraici habent.

XLIX, 26. הרי sine Vau octo codices Hebraici.

Quae pagina 100 de Cassellano codice dixi, admonebant me, loca Pentateuchi ad quae insigniorem notaveram Cassellani lectionem, evolvere, et inquirere, pluresne praeter 157, i. e. Cassellanum, eam haberent? Hic si me sequi cupiant lectores, evolvant bibliothecae partem secundam. A pagina 210 incipiamus, ubi lectiones, quas Cassellanus a prima manu habet, indicatae sunt. De his ergo sic habe:

1) eandem lectionem ex aliis codicibus enotat Kennicottus,

Genes. VIII, 19. למשפחתם ex uno.

XXXI, 49. ex uno.

Exod. XXIV, 13 ex tribus.

Levit. XI, 3. ex octo.

XVIII,

(*) Corrige, 97.

XVIII, 25. lectionem, quae sententiam mutat, quamque in versione germanica sequutus sum, ex XXXV.
XXXVI, 31. ex XXII.
Num. XIV, 31. ex XXXII.

2) ex solo Cassellano, 157. (quem numerum nunc certum habeo codicis Cassellani indicem) Genes. VIII, 19. XV, 5. (non 15, ut errore typographico expressum erat in tomo bibliothecae secundo) XXXVII, 24. XLIII, 3. Exod. XVIII, 6. Levit. XI, 3. (quae lectio est Samaritani codicis et LXX interpretum) XVII, 13. (quam lectionem me in erroribus librariorum habiturum professus eram, si nullo alio teste confirmaretur.) 105

3) Omissa lectio Deuteron. XXXII, 41. forte non Kennicotti culpa, sed eorum, qui codicem conferebant, quod moneo, ne omissio Kennicotto imputetur, erratum enim est, sed quis adcusandus, non constat.

Quinque emendationes codicis Cassellani pag. 241. indicaveram: ex his una, Num. XIV, 32. (numerus enim versus 33 sphalma typographicum est) sine alio teste ex solo codice 157 indicatur; reliquis novi testes accedunt, ut

Levit. X, 17. עליכם praeter Cassellanum codicem, novem.
Numer. XVIII, 29, quatuor,
XXIX, 25. ומנחתה, octo,

XXXV,

XXXV, 5. לכם, viginti et unus.

106 Tertium genus exemplorum sunto loca selecta, in quibus aut textui suspecto novae quid lucis, aut lectioni variae ex versionibus excerptae suppetias sperabam: nec id ita accipi velim, ac si omnes hic conferam versionum varietates, sed aliquas modo, quas ut insignes mihi notaveram. Quaestionem literis cursivis, responsum Kennicottianorum bibliorum communibus exprimi faciam.

Num. XXIV, 17. אשורינו *cum Jod habet Cassellanus.* - - - Rsp. Sic et alii codices quinque.

פתי *habet Samaritanus.* - - Rsp. nullus ita codex Hebraeus, contra duo Samaritani פאתי habent, quod et verius esse arbitror.

וקרקר *Nullusne codex* וקרקר, *ut in loco parallelo Jerem. XLVIII, 45. eximia sententia?* - - Rsp. Nullus, nec Judaicus, nec Samaritanus, Kennicotti jussu comparatus. Mirum, si diligenter factae collationes, illique omnes, quorum oculis uti Kennicotto necesse erat, satis attenderunt ad Resch a Daleth
107 distinguendum, est enim lectio valde verisimilis.

שת. *Nullane lectionis varietas? Quid? si Moses* חרשת *aut* חרשת, *scripserit, nomen (incertum utrum per Resch an Daleth scribendum) metropolis Moabitarum, jam*

Crach

Crach dictae? שת *enim sensu pene cassum. Conjecturae occasionem dederunt LXX, Jes. XVI, 7. in impressis exemplis* κατοικοῦσι δὲ Σεθ *habentes, quod sine dubio legendum* Δέσεθ. - - Rsp. Nihil eorum, quae quaerebam, inveni, sed in uno codice שת שג, in alio ששת. Ipsum illud שאון, quod in loco parallelo Jeremias habet, (c. XLVIII, 45.) nullus hic codex Kennicottianus expressit.

Num. XXIV, 22. וכי *cum Vau praefixo habent LXX et Vulgata.* - - - Resp. o.

Pro יהיה *Vulgata exprimere videtur* תהיה. - - - Rsp. o.

Pro ער מה *Syrus uno verbo habet,* ערמה, *et LXX per Resch* ערמה. - - - Rsp. o.

Pro מה אשור *Samaritanus habet,* מאשור. - - - Rsp. o.

XXIV, 24. Pro וצים *Samaritanus habet* יוצאים, *et LXX* ויוצאים, *quibus de lectionibus in posterum plura dabit sectio quarta bibliothecae.* - - Rsp. Reliquias et indicia ejusmodi lectionum habere videtur *codex unus* ויצם, *aliusque* וצים *cum duplici rasura* וצ**ים, *quas rasuras* ויוצים *supplere possis.* 108

Deuteron. XXXII, 24. Samaritanus habet, מזה: *ab hac parte fames.* - - Rsp. Unus accedit codex Judaicus.

XXXII, 25. Codex Sinensis pro תשכל *habet* תאכל. *Vide bibl. Or. T. V. p. 71.* - -

Rſp. Pro hac lectione citatur codex 668, quem Sinenſem eſſe arbitror.

XXXII, 26. Pro אפאירם *Samaritanus et Chaldaeus,* אפי הם, *Syrus et Vulgata* אפה הם *habent.* - - - Rſp. o.

XXXII, 35. Pro לי *LXX habent* ליום. - - - Rſp. o.

Pro ושלם *LXX, Chaldaeus, Syrus, Vulgata et Paulus habent* ואשלם. *Vide commentarium ad Hebr. X, 30.* - - - Rſp. o.

XXXII, 45. Poſt עמו *inſignem ſententiam addunt LXX,* וישתחוו לו כל אלהים, *de qua plura ad Hebr. I, 6. dixi.* - - - Rſp. In nullo eam codice invenit Kennicottus, at ex uno aut duobus את עמו excerpſit, quod LXX verterunt, exque illis ſumſit Paulus Rom. XV, 10.

109 XXXIII, 2. *Pro* ואתה *Samaritanam lectionem* ואתו *exprimunt, LXX, Onkelos, Vulg. Syrus: duas lectiones conjungere videtur Arabs Erpenianus,* ואתה את. - - - Rſp. Neutrum in Judaicis codicibus reperit Kennicottus, ſed in uno per Aleph ואתא.

XXXIII, 6. Nullusne codex hic ſervavit nomen Simeonis? - - - Rſp. o.

XXXIII, 7. *Pro* תביאנו *LXX habent* תבוא נא. - - - Rſp. o.

Pro

Pro יריו *Samaritani habent* ירו *singulariter.* - - - Rſp. Nullus ita codex Judaicus: unus tamen, vitaturus anomaliam numeri, רבו pluraliter habet.

XXXIII, 17. *Pro* שורו, *Samaritani, LXX, Syrus, Vulgata habent,* שור. - - - Rſp. o.

1 Sam. I, 7. *Nullusne codex habet; ut Syrus, femininum* תעשה? - - Rſp. Nullus: *nec equidem opus eſſe puto generis mutatione.*

I, 17. שלתך] *Nemone* שאלתך? *Nec equidem correctione opus eſſe putem, cumque Houbigantio* שלתך *manifeſtis vitiis accenſeam, eſt enim orthographia Syriaca* (*): *cum tamen Erfurtenſem primum* שאלתך *habere videam, interrogandos codices exiſtimo.* - - - Rſp. In quindecim aut ſedecim codicibus Kennicottus invenit שאלתך. *Praefero lectionem anomalum.* 115

II, 4. Hic oculis me ſe forte offert quatuor codicum lectio גיבורים, Jod ponens ante Dageſch forte, qua de ſcribendi ratione plura dedi in P. II. bibliothecae p. 237. 238. Indicem codicum, hac licentia orthographica utentium, optarem, forte aliquid collaturum ad aetatem codicum definiendam.

II, 8. Duo codices מצוקי *plene legentes citat Houbigantius. Varietas non magni momenti.*

(*) Vide Patris mei Syriasmum p. 12.

menti. - - - Rſp. Nullum pro hac lectione codicem habet Kennicottus. Mirum! codices ne Houbigantiani non ſunt in collatis? an male illi duo citati ab Houbigantio? Eas certe lectiones, quas Houbigantius jam excerpſerat, hic exſpectabamus, conjecturis ejus, et emendationibus parum grammaticis non aegre carentes.

II, 20. *Pro* שאל *LXX, Syrus, Vulgata, et Erfurtenſis primus habent* שאלת. - - - Rſp. Unum, numero 70 inſignem, pro שאלת citat Kennicottus? Hicne ergo Erfurtenſis, cujus forte lectionem aliunde reſciverit, an alius? III In hoc quidem exemplo intelligitur, quam ſit difficile lectori, qui ex codicibus varias lectiones ſibi notaverat, opere Kennicottiano recte uti, quod numerorum ſignificationem non explicuit Kennicottus.

Pro למקומו *Chaldaeus et Syrus habent,* למקומם. - - - Rſp. Ita et octo codices Kennicottiani. *Nec dum tamen hanc lectionem, ut fecit Houbigantius, receptae praefero.*

II, 24. *Hic poſt* מעברים *Houbigantius addit,* אתם, *idque ſibi auctoritate Syri et Arabis facere videtur: Kennicottus* (*) *autem ex*

(*) *Second diſſertation on the State of the Hebrew text* p. 238. 239.

ex Thalmude citabat, מעבירם. *Mihi quidem neutra harum emendationum neceſſaria videtur, ſolis enim punctis mutatis nodus ſolvi poteſt. Quaero tamen, ſitne alterutra lectio in codicibus reperta* - - - Rſp. Thalmudicum מעבירם novem codices habent, eſt ergo lectio minime contemnenda. *Mirum, in nullo codice* מעברים *per Daleth inventum eſſe, quod LXX legerunt, bonamque fundit ſententiam. Satisne diligenter* ר *inſpectum?*

II, 35. *Pro* באשר *Erfurtenſis primus habet* אשר. - - - Rſp. Hanc lectionem ex duobus codicibus citat Kennicottus, quorum alter iterum eſt, 70, ut jam veriſimile videatur, codicem ejus 70 eſſe Erfurtenſem 1. Utinam vero lectori opus non eſſet, conjecturis codicem inveſtigare! ac plerique ne poſſunt quidem hic conjicere, in bibliis enim Halenſibus haec Erfurtenſis primi lectio non eſt indicata. Me quidem recte conjeciſſe, ſperare pene audeo, cum in eodem verſu etiam pro כלבבי (per Caph) codex 70 citetur: alia tamen citata dubium me reddunt. 112

IV, 8. *Eſtne in* במרבר *lectionis varietas? Nec equidem ea opus eſſe puto, ſed tamen interrogo.* - - - Rſp. o.

IV, 19. ללרת, regularem formam, quam pro ללת ſubſtituit Houbigantius, *nullus codex habet.*

VI, 18. *Pro* אבל *LXX. Chald. et Erfurtenſis tertius habent* אבן, *quod et in verſione germanica praetuli.* - - - Rſp. Tres codices hujus lectionis teſtes citat Kennicottus, ex quibus 602 fortaſſis erit Erfurtenſis.

VI, 19. *Nullane hic in ſuſpectis numeris 50000, et 70, lectionis varietas?* - - - Rſp. Eas omittens, quas ſcire parum refert interpreti, has enoto: tres codices המשים אלף איש omittunt, eorumque lectionem veriorem arbitror, praeeunte Joſepho; unus חמשם habet, quod aliam admittit interpretationem; unus pro 50000 habet חמשת אלף (5000) non plane ad regulam grammaticam, e qua 5000 eſſe debuiſſet, חמשת אלפים, quia
113 numerus vicenario minor, idque pro correctione librarii habeo, cui 50000 juſto major numerus videbatur.

VIII, 2. nihil ejus lectionis reperi, quam T. V. p. 245. ex Joſepho enotaveram.

VIII, 16. *Pro* וחמוריהם *ſuſpicabar legendum per Daleth,* וחמודיהם, *collato c. IX, 20. ubi Samuel Saulo:* cujusnam erunt, כל חמדת, omnia deſideratiſſima Israelis? - - - Rſp. Nullus codex conjecturam meam firmat: in tantillo autem literarum ר et ד diſcrimine, cumque aſini hic alieniſſimo loco poſiti videantur,

tur, digna lectio, de qua iterum codices interrogentur, maxime ob parallelismum cap. IX, 20.

IX, 10. עד הרואה, quod post נלכה exspectare fas erat, in nullo codice invenit Kennicottus, nec v. 13. conjecturam Houbigantianam, parum probabilem, אתו pro אתם.

IX, 18. *Pro* השער *LXX habent* העיר, *probante Houbigantio, quod putaret, consuetam lectionem versui 14 contradicere. Mihi quidem lectione* τῶν ὸ *opus esse non videtur, modo* שער *de porta domus Samuelis accipiatur, ut in versione germanica feci, Consulendi tamen codices.* - - - Rsp. Nullus eo- 114
rum conjecturam Houbigantianam confirmat: unus variam lectionem habet, vitandae, ut videtur, difficultatis caussa: *Saulus adiit Samuelem* בער השער, *post portam, i. e. postquam portam urbis ingressus esset.*

X, 12. *evolvebam, experturus, sitne codex Erfurtensis, quem formam Chaldaizantem* הית *habere noveram, Kennicotti 70.* - - Rsp. הית habent tres codices, 70, 173, 252.

X, 19. *In omnibus versionibus antiquis, excepta una Chaldaica, pro* לו *inveni* לא, *idque sequutus sum in versione germanica.*

Utramque lectionem לו לא *conjuxit Erfurtensis primus, ut in bibliis Halensibus citatur, Chaldaeus vero habet* לי לא. Rsp. לא, quod in versione praetuli, 32 aut 33 codices habent; לו לא quinque, sed in quibus desidero 70, hucusque pro Erfurtensi a me habitum, unde mihi dubitandum; לי לא septem. Multis ergo testibus לא in versione germanica expressum firmatur.

XI, 2. *Pro* אלהם *Houbigantius in omnibus suis codicibus, (uno excepto) invenit* אלירם, *regulae grammaticae consentanee.* - - - Rsp. In quadraginta et duobus codici-
115 bus invenit Kennicottus. Magnus sane numerus testium, nec tamen tantus, ut ausim regularem lectionem contra anomalam defendere, quam supra sexaginta codices habent, in paritate enim testium orthographia anomala praeferenda videtur, et regularis pro correctione librariorum habenda.

XII, 11. In ברן nulla gravior varietas lectionis: unus quidem codex מרן habere visus, sed haec ipsa, nisi fallor, emendatio librarii, Simsonem ex tribu Dan ortum intelligentis. Utile tamen excerptum ad noscendos librarios, textum corrigentes, dignoscendosque codices.

XII, 14. *Verisimillima mihi Houbigantii emendatio,* וחיתם *per Chet legentis, praeeuntem-*

untemque laudantis Chaldaeum: - - Rſp. In nullo codice hanc lectionem invenit Kennicottus. *Suntne omnes ſatis excerpti diligenter?* ה *enim et* ח *literae quibusdam in codicibus tam ſimiles, ut oculos fallant.*

XII, 15. In ſuſpecto ובאבותיכם nullam inveni lectionis varietatem praeter unius codicis, ſphalma, ut puto, ובאחיכם.

XIII, 1. In hoc loco, quem non dubitans mendoſum habeo, nullam inveni varietatem lectionis, quae tenebras diſpellat.

XIII, 5. *Numerus 30000 ſine dubio juſto major, ſi de curribus ſermo.* - - - Rſp. Nulla varietas lectionis, niſi quod unus codex 116 שלשים omittit: *id vero cum unicus modo codex faciat ſphalma forte eſt librarii, ac ne ſufficit quidem nodo ſolvendo, nam et mille currus nimii ſunt. Nec vero opus habebit textus emendatione, ſed interpretatione ei conſuli poteſt, quod in* fragmento antiquiſſimae hiſtoriae equorum in Palaeſtina vicinisque regionibus *tentavi.*

XIII, 18. צבעים. *Nullusne codex cum Vau habet* צבועים, *vallem hyaenarum? Sic paulo antea thoes* (Schackals) *regioni nomen dederant* ארץ שועל: *thoes, et hyaenae,*

multa habent similia, nec invitae erunt in nominibus propriis vicinorum locorum sociae. - - Rsp. Ita est: quinque codices habent צבועים. *Est, fateor, non nisi conjectura etymologico-geographica, sed quae forte alicui aliquando usui esse possit, si geographia Palaestinae, historiae facem praelatura, novo modo tractetur.*

XIV, 21. *pro* והעברים *LXX habent* והעברים *per Daleth.* - - Rsp. Nulla in codicibus varia lectio: *quo in silentio iterum vereor, ut omnes satis inspecti diligenter sint.*

סביב וגם: *nullane hic lectionis varietas? ut,* סביבו גם, *quod habent LXX. Vulg. Syr.* - - - Rsp. o.

XIV, 30. *Pro* לוא *mallet Houbigantius,* 117 *omisso Aleph,* לו, *SI. Non placet conjectura.* - - Rsp. Nullus eam codex confirmat, X potius Vau omittunt, *quae est nova consueti NON confirmatio,* לא *enim nihil praeter NON significare potest.*

XIV, 47. *Optimam, fateor, sententiam fundit* ירשיע: *quaero tamen, nullusne codex eum LXX habeat,* ישיע? - - - Rsp. ó.

XV, 7. Hic non exspectanti offert se lectio insignis, sed unius modo codicis, interprete opus habens. Pro שור אשר codex 18 habet,

habet, מנית: non puto veriorem lectionem esse, quia unius modo codicis, nec lapsum librarii, sed veram aut falsam interpretationem nominis proprii שור, a geographis dijudicandam. Isne, qui ita interpretabatur, Minaeos Arabiae intellexit, quorum Strabo p. 1112 et 1 Paralip. IV, 41. mentionem faciunt? In id quidem inposterum inquirendum: in codice autem tam habente insignem lectionem, quis non paulo ferat aegrius, eum a Kennicotto non nomine suo indicatum, sed mysterio numerorum latere?

XV, 9. *Pro* והמשנים *LXX. Syrus, Arabs et Chaldaeus*, והישמנים, pinguissima, *habent*. - - - Rsp. 0. 118

XV, 20. אילים *cum duplici Jod anomala scriptio: plerumque enim, ubi Deos significat*, אלים, *ubi arietes* אילם *scribitur*. - - Rsp. Ad legem hanc orthographicam XII codices habent אילם, sed contrarie אלים, XXIV.

XVII, 54. *Nullane in codicibus varia lectio ei similis*, quam T. VII. *p. 191. ex Josepho notavi*. - - - Rsp. 0.

XVIII, 27. (*) unius codicis lectionem inveni, falsam sine dubio, sed tamen notatu dignam,

(*) Lapsus erat calami, quod in germanica editione legebatur XIX, 17.

dignam, וימלאום עפר. Quod si עמר haberet, intelligeres forte de Omero, mensura Hebraica, quam David praeputiis Philistaeorum impleverit.

XIX, 13. *Nullusne codex lectionem habet T. VII. p. 193-196 ex Josepho notatam?* - - Rsp. o. Hoc quidem nullitatis signum paulo tristius, ac codicibus, qui nobis superstunt, minus honorificum.

XXIII, 15. *per Daleth* בחרשה *legerunt* LXX. - - - Rsp. In uno codice aliquid hujus invenit Kennicottus: בחרשה, inquit, *forte 155.*

XXIII, 19. Pro חכילה in quinque codicibus invenit חבילה per Beth, inque duobus חוילה per Vau. (*Hic pro* חבילה *facere videtur, quod est tanquam media inter utramque lectionem, Beth enim ob similitudinem appellationis facile in Vau, obque similitudinem figurae in Caph mutari a librariis potest.* חוילה *sine dubio scriptio vitiosa, regio enim*
119 *Chavila ab his, in quibus Davides versabatur, nimis remota.*

XXIII, 25. *Nihilne in* וירד הסלע *variae lectionis? absurda enim primo adspectu phrasis,* descendere ad petram: *nihilne hoc absurdum*

dum vitaturi tentarunt librarii? - - - Rſp. Duplicem illi viam ingreſſi. Pro וירד unus codex habet, ויבא *venit ad petram*, alius-que pro הסלע ponit מהסלע, *deſcendit ex petra.* (*Manifeſtae ſunt correctiones librariorum, id eſt, errores: ſingulae enim modo ſingulos teſtes habent, hisque teſtibus inter ſe ipſos non convenit, niſi in conſilio textum emendandi, quod quisque ſuo modo fecit. Aſpera hic quoque et difficilior lectio, verior. Secunda correctio hoc inſuper habet incommodi, quod non bene ei cum verſu 24 convenit, ubi Davidem in planitie* (בערבה) *caſtra poſuiſſe legimus, quod ſi fecit, non poterat ex petra deſcendere. Hoc niſi obſtaret, vellesque, Davidem ex petra deſcendere, ne alia quidem lectione opus erat, ſed interpretatione conſvetae lectionis* הסלע *omnia poterant perfici. Vide patris mei, Chriſtiani Benedicti Michaelis diſſert. de notione ſuperi et inferi apud Hebraeos §. 43. qui* וירד הסלע *vertit:* de-120
ſcendit petram. *Forte quaeſieris, de conſveta lectione quid ipſe ſentiam?* סלע *putem, eodem ſignificatu accipiendum eſſe, quem apud Arabes habet* سِلْع, fiſſura in monte, *a* سلع, findere; *ita* סלע *erit, ſive ſpecus ad radices montis, quo confugere David cupiebat, ſive depreſſa per petram via, ab utroque latere eminentibus ſaxis.*

Sed

Sed satis est excerptorum, ac plura forte ne grata quidem fuerint lectoribus. Ex his, quae dedi, magnum jam operi pretium statuetur, si vel omnes spes audaciores non implevit, non omnes antiquorum lectiones insigniores in codicibus Hebraicis inveniens, nec omnibus, quibus lucem optassemus, locis adfectis eam reddens. Hanc ipsam bibliorum Kennicottianorum enarrationem, si aliquot in annos differre potuissem, perque eos libros biblicos Kennicottiana editione usus auditoribus exponere, non dubito, quin multo futura fuisset copiosior, atque insignium exemplorum variarum lectionum ditior. Eo certe perventum, ut nequeant porro religionis christianae adversarii jactare, codices Hebraicos collatos non esse, in quibus forte alia omnia lateant, quam ex evulgatis sumant sacrorum doctores. Immortaliter vero de re christiana meritum Kennicottum, si vel hoc unum te-
121 lum adversariis eripuit, scepticismoque suspiciones spargenti silentium imposuit, codicibus non collatis solum, sed et magna variarum lectionum cupiditate collatis. Huic tanto merito dandum, ut naevos in initio enarrationis indicatos, mollius feramus.

Quidni ergo illos omnino dissimulavi, ac tacui, ut leges exigere amicitiae videbantur? - - Ego vero sic existimo, in sententia dicenda

cenda nullarum me partium ſtudioſum eſſe oportere, nec amicum viri, ſed veritatis. Adverſarii Kennicotti ſaepe me, magnoque convicio, ſtudii partium adcuſarunt, innocentem, ut cuivis parebit, omnes meas enarrationes inde ab anno 1754 conferenti; injuriam nolebam Kennicotto fieri, eumque damnari, antequam de eo judicari poſſet. Paratiſſima contra has omnes aut ſuſpiciones aut adcuſationes defenſio, quod hic libere ſententiam dico, maximoque me, nimis Kennicotto favere viſum, honore adfecerit, ſi quis jam Kennicotto ſeveriorem ac minus quam par erat amicum cenſorem dixerit. Ipſe adeo Kennicottus non habebit, cur aegre ferat, nullarum me partium ſtudioſum eſſe, quae enim 122
in ejus laudem dico, minus jam ſuſpecta, quam ſi omnia laudaſſem: quamquam, ut verum fatear, aliud mens praeſagit.

Etiam hoc monendi ſunt lectores, non me Kennicotto obloqui, aut illum reprehendere, ubi lectiones ab illo excerptas calculo meo non comprobo. Excerpendae et indicandae erant fideliter, quas reperiebat: de lectionibus autem codicum Hebraicorum quomodo mihi judicandum videatur, quibusdam in exemplis poſui.

Jam quid de conſilio novae editionis, quam aliqui in Germania promiſerunt, ſentiam? inter-

interrogari mihi videor. Idem vero, quod jam antea profeſſus ſum: nemini ſvaſor ſim, novam editionem emendi, vereor enim, ne pecuniam perdat, juvetque inſuper hac quam profundit, pecunia conſilium rei criticae non ſalutare. Nova enim editio ſi feſtinetur, impedimento erit maturiori ac meliori, de qua forte poſt X aut XX annos deliberari poſſit. De utroque dicam diſtinctius, nec tam quaero, ſitne fas an furtum, Kennicottiana biblia typis in Germania deſcribere? Concedo, non *injuſtum* eſſe, proprio vocabuli ſenſu, libros extra Germaniam editos iterum in Germania
123 typis deſcribere: nec jam de aequitate diſputabo, cum nimis caro vendere librum Kennicottus videri poſſit, poſtquam et *collatio codicum*, et *praeparatio variarum lectionum ad praelum*, *liberaliter collatis fautorum pecuniis* facta eſt. Pro 30 paginis in folio Joachimicus ſolvitur, id eſt, pro Alphabeto (XXIIII plagulis, quarum quaeque quatuor paginas habet) tres Joachimici.

Numeris codicum indicibus totum opus abſolvitur, exque horum veritate omnis ejus pendet utilitas. Fac, in unam plagulam quinque irrepere vitia typographica, nulli totum opus noſtris typis repetitum uſui foret: quis enim ſpondeat, alias non vicenis vitiis typographicis commaculatas eſſe? aut quo

modo

modo veros numeros a vitiosis dignosces, nisi ipsa insuper emta prima ac Kennicottiana editione? Et tamen in hac, quae apud nos est, correctorum typographicorum negligentia, vix sperandum, sine innumeris vitiis describi biblia Kennicottiana posse. Aliis quidem in libris vitia typographica ipsa se produnt turbata orationis serie, vel sic lectori, quem non fallunt, satis molesta: at meri numeri, prave et vitiose in nova editione excusi, quid essent, nisi charta inutilis et commaculata? Promitto, si qua prodierit nova editio, candide et sine studio partium emtoribus me indicaturum, quid emerint, chartamne nullius pretii ac maculatam, an librum utilem, idque 123
ita, ut quorundam foliorum omnia numerem vitia, ex quibus de reliquis existimare possint. Vix quemquam ex eruditis tam fore audacem ac ferreae frontis arbitror, ut novae editioni, quae promittitur, nomen suum praeponat, pignus diligentiae ac veritatis: anonymos autem, qui novam editionem pollicentur, deprecari, prudentis emtoris est, nisi bibliopola suum nomen oppigneret, promittatque, redditurum se pecuniam, si vitiosa sit editio.

Est et aliud, cur hos, qui pecuniam novae editioni parandae numerant, pecuniae ita collocatae poenitere forsan possit. Ipso Kennicotto adhuc emtoribus locum faciente, eos-

que invitante, verisimile est, multo plura libri exempla descripta est, quam nomina emtorum erant, quod plures adhuc speraret, aut praenumerantes, aut editi operis emtores. Quid, si haec residua exempla finito opere aut eodem pretio vendat, quod pro nova solvendum editione est, aut paulo majore? Forte vel ipse ita primam editionem 50 Joachimicos paulo emerim carius, si post aliquot annos emi dimidio possit: sed non poenitebit, primo, quod editionem libri utilis juverim, deinde, quod certus sum, me hunc ipsum utilem librum habere, non chartam commaculatam.

Haec quidem librariis et emtoribus! Criticae vero sacrae amanti in votis erit, ut illi a consilio desistant. Neque id ita accipi velim, ac si nunquam molienda sit nova editio: sed optaverim, ut Kennicotto aliquando contingat, quod Stephano varias lectiones Novi Testamenti colligenti praestiterunt Millius, Bengelius, Wetstenius, postque plures palingenesias opus ejus prodeat semper perfectius. Sed hoc multi temporis ac laboris est, novamque editionem festinans lucri cupiditate librarius, eruditusque aut lucro solicitatus, aut suum nomen celebri Kennicottiano attexere cupidus, eam, quam opto, meliorem editionem impediet per aliquot forte hominum aetates.

tates. Festinatae enim editionis exempla quam diu passim prostabunt, tentare meliorem et maturiorem vix audebit librarius, emtores desperans.

Habemus sane in Germania, sed sparsa et passim, ex quibus aliquando valde ditari Kennicottiana biblia possint; excerpta codicum ab illo non collatorum, ut exemplo utar, Erfurtensium: de versionibus enim conferendis jam vocem non mitto, malim enim singulas a singulis conferri, quam ab uno universas. Supra dixi, me haec dum scribo, domi meae habere excerpta codicum, non mea, sed ali- 126
ena: nec illa sunt Erfurtensium codicum, sed aliorum, ultro non petenti missa. Facta dicebantur in gratiam Kennicotti, dono ei mittenda: sed qui donum meditabatur vir inter eruditos primarius, fato jam functus, aliqua Kennicotti de codicibus conferendis praecepta, abruptius forte dicta, aegre ferens, eique, fine causa ut puto, subirascens, consilium abjecerat. Alios codices ipse excerpsi, et multo plures passim collatos in hoc critici studii fervore arbitror; quod enim in Britannia soluto laboris pretio factum, idem jam non pauci apud nos magno criticae sacrae amore perculsi faciunt, eoque faciunt diligentius, quod gratis. Ipsa biblia Kennicottiana multos, in quorum manibus sunt, solicitabunt ad

aliquid tentandum, codices iterum inſpiciendos, naevos Kennicottianae editionis inveſtigandos, (petulanter forte et ſola aliquid carpendi cupiditate, ſed et ſic emendabuntur,) comparandos curioſius alios codices, quos Kennicottus ſelectis modo in locis inſpici curaverat, quorum non paucos in Germania habemus. Ita exſpectari poſt X aut XX annos nova ac perfectior editio poteſt, niſi interceſſerit feſtinata: haec autem feſtinata ſi prodeat, vix poſt quinquaginta annos ſpes melioris relinquitur, quo tempore ne deferbuerit ſtudium criticum in Germania, eſt quod vereor.

127 Quid ſi ergo, inquias, haec ipſa, quae addi poſſunt, ſtatim addantur, et quantocyus non nova modo ſed et perfectior feſtinetur editio? Id vero fieri poſſe nego. Supplementa, quae dixi, ſparſim habemus, nemo univerſa, ac forte editor editori, erudito eruditus, ſua inviderit: ſed faciamus eos benevolentiores eſſe et ad ſua commodanda promtiores, aut poſſe patronos, opum criticarum parum divites, ſuum nomen Kennicottiano attexturos, munerum et patrocinii ſpe propoſita aliorum collectanea, dantis et accipientis commodo impetrare: ne uti nunc quidem his datur opibus criticis, dum ſignificationes numerorum Kennicottianorum ignoramus. Quid ſi enim ejusdem codicis excerpta jam habeat Kenni-

Kennicottus nobis inſciis, ex eodem codice, iterum citato, duo teſtes faciemus? Exemplo utar Erfurtenſium codicum. Certo novi Diederichium ſua excerpta Kennicotto non miſiſſe: jam horum excerptorum particulas, quas mecum Diederichius communicaverat, quasque e manibus nunquam dimiſi, cum Kennicottianis conferenti, valde fit veriſimile, codicem Kennicotti 70 eſſe Erfurtenſem 1, et 128
tamen alia loca evolvens iterum dubitare incipio. Forte hos ipſos codices Kennicotto Brunſius contulit, licet non eadem cura, indeque fit, ut Diederichiana excerpta habeant, quae in Kennicottianis ſub n. 70. non comparent. Quidquid ſit, dubitandum adhuc de codice 70, donec Kennicottus ipſe numeros explicet. Ne de excerptis quidem codicum Erfurtenſium, quae habent biblia Halenſia, certi quid ſtatuere licet, ſintne in Kennicottianum adparatum translata, cum Houbigantianae lectiones ſubinde deſiderentur: quod ſi autem Kennicotti 70 non eſt Erf. 1. plane bibliorum Halenſium excerpta ſua non fecit Kennicottus. - - - Ipſa illa duorum codicum exempla, quae mihi ultro oblata, Kennicotto non miſſa, dixi, alia forte via in Britanniam delata, atque jam pars ſunt adparatus Kennicottiani. Ergo ne ea quidem ſine formidine erroris addi Kennicottianis excerptis poſſunt: valde enim turbaret rem criti-

cam, si quis eundem testem bis diversis aut numeris aut nominibus excitans ex uno duos faceret. Ergo de nova editione ne cogitandum quidem, donec secunda pars Kennicottiani operis prodierit, numerorum explicationem habitura. Nullum certe majus impedimentum objicere novae et supplementis auctae
129 editioni potuisset Kennicottus, quam hoc ipsum mysterium numerorum: quamquam non puto, eo illum consilio ita egisse, aut adeo praevidisse, quod jam ipsi in Germania intelligent bibliopolae et eruditi, quid illud silentium periculi adferat novam editionem molientibus.

CCII.

Benjamini Kennicotti epistola ad celeberrimum professorem Joannem Davidem Michaelis, de censura Primi Tomi Bibliorum Hebraicorum nuper editi, in Bibliotheca ejus Orientali, Parte XI. Oxonii; prostat venalis apud Rivington, Londini. MDCCLXXVII.

Responsiones, quibus opus putabat, textui epistolae, notarum loco, subjecit Michaelis.

Celeber-

Celeberrime Professor 3

Priorem Operis mei Tomum cum jam passim in Eruditorum manibus versari intelligerem; nihil antiquius habui, quam ut illud rescirem, quid de eo sentirent, et quale demum judicium ferrent, Viri harum literarum periti. Etenim ego is semper fui, qui meos ipsius errores corrigere, atque in melius revocare, nunquam recusarem. In hoc vero tam gravi Opere praecipue gauderem; si quaecunque aut perperam, aut negligenter, a me acta essent, alii libere et candide dicerent. Illud tamen statui, non audiendam esse neque invidiam, neque iniquam obtrectationem; nedum ut me ab ipso Opere abduci, et laborum meorum rationes interpellari, sinerem. Quod quidem consilium ut ratum esset certumque, per Te, Vir Celeberrime, non licuisse, aegre fero: per Te, inquam, quem ex multorum annorum consuetudine, *Amicum* mihi putaveram atque *Fautorem*.

Erant profecto, quae mihi suspicionem quandam injecerant, non te eodem prorsus quo antea erga me esse animo. Certe tamen leviora illa fuerunt, quam ut crederem, aut invidiae, aut obtrectationi, exinde locum dari. Jam vero omnem dubitationem exemit opella ista, quam nuper in lucem edidi-

sti: * de qua illud primum queror, quod non ipsam mihi ultro misisti. Alias certe ejusdem operis tui partes mihi tradendas curasti; oportebat vero et hanc quoque (1). Etsi

* *Bibliotheca Orientalis et Exegetica*; par. XI, num. 181: quae, mense licet Septembris impressa 1776, ad manus meas intra paucos tantum dies, idque fortuito, pervenit.

---

(1) Eos Tibi ex meis libris mittere solebam, quos gratos esse putabam: hanc partem bibliothecae Orientalis non misi, non latendi studio, (quis id suspicetur?) sed quod animus praesagiret, Tibi displicituram. Alii forte aliter sentient: mihi inhumanum, et a comitate morum alienum videtur, erudito mittere libros ipsi ingratos; inest in eo aliquid injuriae et provocationis ad respondendum. Huic ergo uni morum comitati serviens nolui amicus esse tam rusticus, ut Tibi mitterem, quae aegre ferres, ac, licet multa in opere Tuo laudem, contra Te scripta existimares: maxime, cum intelligerem, ipso hoc amici nomine statim me exsuendum esse, Te judice, ubi secus, quam velles, de Tuo opere sentirem. Mihi quidem, ut in enarratione operis Tui professus sum, in sententia dicenda nullae omnino sunt partes amicitiae, ac ne mihi quidem amicus sum, sed indico, et

Etsi enim in ea multa contra me dicta sint; ea tamen si vere dicta essent, nihil erat quod vere-

---

et corrigo, si quid erroris commisisse mihi videor: Tu autem videbaris amicitiae nomine plusculum complecti, atque jam, postquam libere de Tuo opere sententiam dixi, multo quam alii modestiorem, animum erga Te meum mutatum putas. Id vero novum mihi non accidit, sed jam antea augurabar: nolui ergo vetere amicitia abuti liberius, quamquam nec amicissimis ingrata obtrudo, non consilia, non colloquia, non scripta. Curavi tamen, ut sententiam de Tuo opere dictam habere, si velles, posses, Tibique indicaretur; misi enim amico communi, quem Tibi ejus copiam facturum sperabam, quam et, nisi fallor, fecit, eique aliud libri exemplum misi, cum suum Tibi dedisse rescirem.

Erat praeterea aliud, quod me a mittenda parte XI bibliothecae Orientalis deterrebat. Narrabant, Celeberrimum Tychsenium Tibi librum misisse contra Te scriptum, idque Te aegre tulisse, ac conquestum esse eo de facto: falsa sint, an vera, an in majus aucta, quae narrabantur, non meum est existimare, nec comperiri certo potui: sed tamen rumor deterruit ab eo faciendo, quod mihi ipsi videbatur

verereris. Quod ſi etiamnum *Amici* (2) no-
4 men prae te feras; vide, annon hoc in omni amicitia praecipuum ſit, candide et aperte agere. Itaque ad me criminationes iſtae et mittendae erant, atque etiam *ſtatim* mittendæ: niſi illud forte voluiſti, ut ipſe praejudiciis eruditorum animos occupares; ego vero interea rem omnem ignorarem, nedum defenſioni operam darem.

Amici batur ruſticum, idque condonabitur homini, comitatem et urbanitatem ſectanti.

(2) Amici nomen nunquam prae me tuli, ſed fui amicus, etiam tum, cum aliqua Tua mihi diſplicere non diſſimularem, rei vero, quam ſuſceperas, cupidiſſimus aegerrime ferrem, nudum Te latus adverſariis criticae ſacrae praebere. Amici autem nomine eum plus complecti videaris, quam ſupra profeſſus ſum, nec poſſis non valde repudiare et refugere eum, *qui prae ſe fert amici nomen*, expunge me quaeſo ex numero amicorum, nunquam reſtituendum, id enim nec Tibi decorum foret nec mihi, poſt ea quae Tibi exciderunt. Homo Tibi ero homini, nunquam iniquus, inimicus nunquam, cauſſae ipſi, collationi codicum, amiciſſimus, Tibi vivo idem, qui Stephanis, Milliis, Bengeliis, Wetſteniis, mortuis.

Amici tamen, uti supra dictum est, speciem adhuc praetendis. (2) Etiam ex hoc ipso criminationibus tuis fidem adstruis, quod *Kennicottum* benevolentia et antehac prosecutus es, et etiam nunc prosequeris: quod ipse in Opere adjuvando multus fuisti; de quo etiam honorifica praedicasti, famamque illi vel nunc spondes immortalem. Quod si vera sint, quae a te dicta sunt; multum abest, ut ipse de me adeo honorifice sentiam. Videbor enim de ea, qua antehac usus sum fama atque existimatione, non leviter periclitari; qui, post improbum viginti annorum laborem, ad Biblia Hebraica edenda adeo imparatus accesserim, ut ne ea quidem scirem quae tamen scitu omnino necessaria erant; neque vel minimam mihi curae aut diligentiae laudem vindicarem. Quae sane omnia in me cadant oportet, si tuis criminationibus fides habenda sit: quibus tamen si ego ita occurram, ut omnes facile evertam; tuum erit, Vir Cl. quid de istiusmodi criminationibus sentiendum sit, statuere.

Illud adjiciam, defensionem meam tibi ipsi non posse non summopere gratam esse; quoniam invitus admodum, ad accusationes istas descendisti, *veritati* unice consulens. Pag. 121. Adjiciam quoque, non de Nostrum alterutro jam agi; neque me illud solum spectare, ut aut meam tuear existimationem, aut

aut tuam oppugnem. Aliam prorsus constat nunc esse quaestionem; de eo scilicet OPERE, quod jamdudum magnam Virorum eruditorum sustinuit et sustinet expectationem: utpote a quo non pauca, neque levia, honori *Mosis et Prophetarum* venerando, nec non et sacro-sanctae *Religioni Christianae*, subsidia sint accessura (3).

Jam

---

(3) Non me opus Tuum damnare, aut consilium codices conferendi improbare, sed potius collationem codicum in rebus habere exoptatissimis et summopere necessariis, intelliges, ubi meum de Tuo opere judicium latine versum totum perlegeris, germanica enim lingua scriptum legere non potuisti, sed modo ex interprete ea discere, quae Tibi tam fuisse ingrata video. Nulla ergo hic responsione opus, sed una petitione, ut totam Tui libri enarrationem perlegas.

Noli tamen Tuam caussam cum caussa *Mosis*, *et prophetarum*, et *sacrosanctae religionis christianae*, ita conjungere, ut, si quis olim amicorum Tuorum nomine non indignus profiteatur, opus Tuum non omnibus esse numeris absolutum, non certe ad vota et spem lectorum, nec tuto de eo judicari posse, antequam numeros explices, eum statim *cum Mose*,

Jam vero quae contra me ſatis acerbe (4) dixiſti, ſingulatim perſequar; exorſus ab ea, quam graviſſimam eſſe judicas, accuſatione.

Imo. itaque conqueſtus es — *Codices MStos numerice quod aiunt citari; cum oporteret potius in ſingula citatione ſingulos fuiſſe deſcriptos: itaque nemo*, inquis, *expiſcari valet, quis cuique codici numerus inſerviat.* Hoc

---

Moſe, et prophetis, et ſacroſancta religiene chriſtiana committas. Stephanum ſi quis reprehendit, codices quos contulerat nec indicantem, niſi numeris, nec deſcribentem, Milliosque, Bengelios, Wetſtenios ei praefert, non is ideo in *evangeliſtas, apoſtolos, ſacroſanctamque religionem chriſtianam* injurius.

(4) Dixerimne acerbe, tota enarratione perlecta, jam judicabis, aut judicent alii. Libere ſententiam dixi, non diffiteor, ſed aliqua reprehendens, multa laudavi, ipſosque, ſi qui eſſe mihi viderentur naevi, immortalibus meritis condonandos eſſe, pagina 121. dixi. Idne eſt, acerbe agere? Fuerunt in Germania, qui multo Tecum durius agerent, aliqui etiam inique, atque ridentes, quos ſi legere poſſes, me certe ex cenſoribus, qui non omnia laudarunt, diceres modeſtiſſimum.

Hoc tamen a te nequaquam dicendum est; qui, prout ipse fateris, *Cassellani* codicis numerum expiscari valuisti. (5) Pari ratione, et alii alios fortasse codices jam sunt expiscati. Verum haec obiter dicta sint: res tota pluribus est exponenda.

Itaque mihi ea olim consilii ratio erat, ut primus Operis tomus non separatim ederetur. Consilium vero illud ideo repudiandum censui, quod viderem multis doctissimis Viris, iisque etiam fautoribus atque amicis meis, aliter placere: quippe impense flagitabant, ut Tomum Primum statim iis tradendum curarem — affirmantes, *gratum illud fore omnibus, si eruditorum expectationi, quam primum fieri potuit, ex parte satisfacerem* — nemi-

---

(5) Non mirum, Cassellani codicis numerum me investigare potuisse, qui et ipse eum contuli, copioseque in bibliotheca Orientali num. 18. 33. 48. 68. descripsi: sed quid id ad alios lectores, qui codices, non contulerunt, ac mallent, non laboriose conjicere sed scire numerorum significationem? Quod si quem aliquando codicem felici conjectura adsequentur, plerosque tamen ignorabunt; ut ipse, de uno codice recte conjiciens, plerosque ignoro.

neminem vero tam inique mecum acturum; ut de ipso Opere, priusquam illud ad umbilicum perduceretur, ferret sententiam. Nefas itaque duxi, voluntati eorum non obtemperare. Quapropter et te ipsum, et alios etiam omnes qui me munificentia sua cohonestaverunt, palam rogatos velim — utrum imperfecti Operis parte aliqua statim frui, an ulterius expectare dum totum illud in universum perficeretur, maluissent? Quanquam vix opus videtur, ut tuam, Vir Cl. sententiam super hac re quaeram; qui eam tam aperte olim professus es: *Epist. de Dan.* p. 171.

Hoc igitur, ut vides, Amici mei impetraverunt, ut Tomum Primum seperatim ederem: quod tamen omnino non impetravissent, nisi illud ipsum probe cognovissem, codices MStos ita citatos fuisse, ut, *ante Tomum Secundum editum*, nemini innotesceret, quinam fuerint codices, et quibus numeris singuli designati essent. Et hoc si non ipse probe ca- 6
vissem; quid aliud fecissem, quam ut me continuo in gravissimas lites et acerrimas dimicationes totum injicerem? Si enim in promptu omnibus fuisset, imperfectum Opus ad examen revocare, (6) et cum codicibus MStis com-

(6) Rationes quidem, quas nunc reddis, non explicatorum numerorum, conjicere non potui,

comparationem instituere; vide modo, quanta criminandi materies fuisset oblata! — cum aliis

---

potui, antequam eas indicares: satisfacturaene sint lectoribus, quibus grata facere neglexisti, meum non est arbitrari; adversariis Tuis non ingratas fore existimo.

Verebaris, ne indicatis codicibus haberent iniqui criminatores, quod reprehenderent: horum tamen voces fiducia publici eruditorum contemnere potuisses, nemo certe aequus rerum arbiter sive vitia typographica, a quibus nullus liber immunis, quaeque non possunt non multa serpere per numeros, oculos diligentissimi correctoris fallentes, sive negligentiam aut errores eorum, qui codices contulerunt, Tibi imputaverit, ac ne speraverit quidem rei criticae peritus, ullum ex codicibus sive plane exhaustum, sive sine errore collatum esse, cum Novi Testamenti editiones criticae nos doceant, in codicibus secundum ac tertium collatis reperta esse, quae primum, atque adeo quae secundum collatorem fugerant. At erant apertis adcusationibus de locis singulis graviores suspiciones, quas de toto opere spargebant adversarii Tui, quas confutasses, si non descriptione, certe indice aliquo codicum adjecto. Hac vero Te usurum excu-

aliis invidia, aliis sua ipsorum imperitia, facile persuasisset, ut ad Operis hujusce existimationem minuendam sese accingerent. Jam vero, in eorum codicum, quos ipse non recognoveram, collationibus, si quid vel maxime pecca-

---

excusatione non credidissem, eo Te consilio numeros non explicuisse, *ne ad examen opus revocari posset*, antequam et Tomus secundus prodiisset. Id vero est, adversariorum Tuorum suspiciones, quae mihi iniquissimae et semper visae sunt, et videntur, juvare et corroborare: interpretabuntur enim, *nolle Te ad examen revocari, antequam totum opus sit divenditum.* Et vel sic tamen examen ne nunc quidem fugere poteris, si quis codices divinet. Ego quidem hanc ipsam ob caussam, quod numerorum significationem ignorarem, professus sum, de Tuo me opere nondum judicare posse; sed fuerunt alii me acutiores. Subjiciam enarrationem Jenensem operis Tui, scriptam a *Johanne Godofredo Eichhorn*, (illo, cujus T. II. bibliothecae p. 198. facta mentio) professore nunc linguarum Orientalium in academia Jenensi, viro optime in criticam sacram et collationem codicum adfecto, ejusque perito, ex qua intelliges, non obstante numerorum mysterio ad examen revocari opus Tuum potuisse.

peccatum fuiſſet; tamen quo demum Jure errores iſti *mihimet ipſi* imputari potuiſſent? Sit penes ipſos Collatores fides. Ego, ſi quos potui optimos elegerim, ſi pecuniis erogandis minime pepercerim, officium meum videbor omnino praeſtitiſſe. In iis vero codicibus quos ipſe, de Collatione hic et illic ſubdubitans, inſpexeram; fieri quidem potuit, ut in nonnullis ipſe errarem. Fieri etiam potuit, ut inter operas typographicas ſphalmata quaedam irreperent. Ego autem illud aequo bonoque jure ab aequis omnibus bonisque peterem, ut liceret mihi totum Opus recognoſcere; et errores, ſi qui fuerint, ad calcem Tomi 2di corrigere; interea vero (quod ſupra dixi) lectores orare, ne de *Opere imperfecto* praeproperum ferrent judicium. Quod autem a quorundam hominum malevolentia tantopere mihi cavendum eſſe arbitratus ſim, quomodo illud mihi vitio vertendum eſt? Scilicet, ex praeteritis futura conjiciebam. Neque jam prorſus deferbuiſſe credidi amaram illam invidiam, et iniquum odium, quibus me per tot annos peti undique et laceſſi cognoveram; ob Integritatem Textus Heb. impreſſi a me negatam. Uſu itaque edoctus, illud imprimis cavi, ne in lites inciderem; ne in dimicationibus, invitus licet, verſarer; ne denique totum illud, quod mihi aetatis meae ſupereſſe DEUS O. M. voluerit, in controverſiis tereretur. Nec enim ulla mihi

hi adfuisset Operis perficiendi spes; si detrectatoribus singulatim occurrendum fuisset, et (ut ita dicam) de qualibet fere litera acriter dimicandum: praesertim, cum in ea tempora incidimus, in quibus *non tam honesta reprehensio, quam asperrima obtrectatio*, videtur ubique dominari. Hujuscemodi vero querelis piget diutius immorari. Idque praecipue, quum fortunis meis licet gratulari; quod, inter tantam inimicorum malevolentiam, fuerint per Europam haud pauci, iique magni nominis Viri, qui de me meisque laboribus honorifica praedicare non destiterunt; qui me consiliis, gratia, auctoritate, nunquam non adjuvarunt. 7

Causam itaque, Vir Cl. aperte protuli, cur in Opere meo codices MSti *numerice* citantur; et *sine ulla Numerorum in Tomo Primo oxplicatione.* Supersunt tamen alia, eodem spectantia. Ubi enim primum meos de Opere hoc edendo prospectus in lucem dederam; in *Germania* continuo palam de nova quadam editione, quae pretii constaret minoris, agebatur — de nova, inquam, et altera editione — atque illud etiam (en hominum modestiam!) cum haec nostra non solum non prelo commissa fuit editio, sed cum de illa etiamnum nonnihil ambigeretur, utrum omnino prelo foret committenda. Cui quidem consilio ego ita occurrendum esse censui, ut ne mihimet meum ipsius Opus praeriperetur;

ut ne qui illud molirentur, consilii sui compotes fierent, *priusquam Ego Opus illud absolvissem.* Deinde, quod iis videbitur libere agant; nam neque illud nostra quippiam refert; neque graviter feram, novis editionibus Opus ipsum latius disseminari. Itaque non, uti credo, mihi irascetur quispiam; quod horum hominum iniquos conatus, certe parum modestos, aliquatenus reprimendos esse censui: quod quidem illa codicum citatorum ratio videtur penitus effeciisse. Neque vero ipse, Vir Cl. diffiteris; qui, p. 128, *vix potuisse* inquis *Kennicottum novae editioni majus objecisse impedimentum, quam numericam illam et non explicitam codicum citationem.* (7)

8 Fortasse tamen ea etiam tacuisse non debueras, (8) quae olim mihi ipse suadebas; ut

---

(7) Idque ipsum eam ob caussam scripsi, ut cives meos ab iteranda editione certe per decennium, aut, si fieri posset, per viginti annos revocarem. Nec tamen suspicabar, eo Te quoque fine indicem codicum, lectoribus gratissimum futurum, omisisse, (relege integra verba pag. 128. nunc 54.) nec adculso, nisi quod *gratum lectoribus* facere neglexeris.

(8) Tacui eam ipsam ob caussam, quod, ut Tibi scripseram, *rationes tam graves ac cogen-*

ut *in singula citatione adhiberentur codicum singulorum descriptiones:* in quo si tibi morem gessissem, non ad *binos* tantum Tomos, sed ad *senos* et fortasse plures, crevisset Opus, et mole sua laborasset. Quod si Pecuniae, pro *duobus* Tomis erogatae, tam ab aliis omnibus quam *a te ipso* (p. 123) graves habeantur et nimiae; parvula sane fuisset Subscriptorum copia, si pecuniae summa opus fuisset triplo aut quadruplo auctiore. Quod vero tibi, hoc suadenti, non obtemperatum est; an exinde suspicari licet aversam a me animi tui voluntatem? (9) Sin obtemperatum esset; ingens profe-

---

cogentes adferebas, ut contradicere non possem. Accusaremne publice, quae non adcusanda, quae jam post responsum a Te acceptum etiam necessaria factu videbantur?

(9) Minime vero id alienum a Te animum meum reddidit. Svadebam et petebam, ut positis primis nominum literis Milliano potius more, quam numeris, ut Wetstenius, codices indicares, quod aliquid in numeris incommodi, multusque lapsui typographorum locus esset, qua de re in *introductione in Nov. Test.* pag. 727-729 editionis tertiae, paulo egi copiosius. Te autem, ut ipse ex literis meis excerpsisti, *rationes graves et co-*

profecto periculum fuisset, ne Opus omnino non edi potuisset. Hisce igitur omnibus expositis, persuasum mihi habeo, vix quempiam fore qui non facile patiatur, et Codices numerice citari, et etiam Numerorum explicationem ad Tomi 2di finem rejectam esse: neque vero patiantur solum, sed et meum in hac re laudent consilium. Hoc tamen, etiamsi ab aliis impugnatum esset, a Te, Vir Cl. impugnari minime debuit. (10) Meministi enim, cum per epistolas de hac re mutuo ageremus, et ego tibi quae sensi de numerica citatione libere exponerem, a te his ipsis verbis responsum esse — *rationes rei tam graves ac cogentes adfers, ut contradicere non possim.* Et quod

---

gentes adferente, desii optare, quae fieri non posse, nisi ultra justum aucta libri mole, perspiciebam.

(10) Graves, ut fassus sum, et cogentes rationes adferebas, cur codices numeris, non literis initialibus designares, idque plane non reprehendo. Sed sperabam indicem numeros explicantem, eoque quod caret Tomus primus, *ingratum* lectoribus dixi, gratum adversariis et exoptatum. Has velim res distinguas, eam, quam probo, eamque de qua ut ingrata lectoribus conquestus sum.

quod Numeri mei, explicatione non adhuc data, magno vel nunc sint usui et emolumento, Te testor; qui, in *Epist. Dan.* (p. 103 &c.) codicem MStum ut ais ANONYMUM magnifice jactas, variamque in eo lectionem praedicas *apprime utilem.* (11) Videor itaque, ex hac qua me implicitum voluisti controversia, omnino victor discedere; neque aliud quicquam egisse, nisi quod et tu ipse comprobasti. Multo autem minus videor istas meruisse contumelias, (12) quas in me ingeris ferocius

---

(11) Plane non nego, opus Tuum vel sine indice tomo primo adjecto perquam utile esse, idque et professus sum in ejus enarratione, et nunc iterum publice profiteor, magno mihi quoque usui esse. Ex anonymo codice proficere sine dubio possumus, profecique ipse: sed *gratius* tamen lectoribus, majorque collectionis criticae utilitas, si et nomina codicum sciamus, numeris interpretatione addita. Non Te reprehendi, quasi aliquid criminis commisisses, sed questus sum quod indicem lectoribus *gratum* futurum non dedisses.

(12) Non contumeliae sed doloris hae mihi voces exciderunt, cum ipse quoque, defensor Tuus, a Te destituerer: in his enim, qui adversariis Tuis respondebant, iniquas

us — *haec scilicet esse, quae omnes Kennicotto infestissimi optassent, quae tamen sperare non ausi essent — quibus, apud optimum ejus amicum*

---

esse suspiciones, exspectandum donec ipsa prodeat bibliorum editio, Te codices fine dubio descripturum esse, et nos fuimus. Rege si placet integra verba p. 75. 76. (nunc 4. 5.) Suspicionibus, quas spargebant adversarii Tui, quibusque, masorethicae auctoritati addicti, codices a Te collatos adflabant, fenestram patefecisti, illis quidem gloriaturis (inique, ut non credo solum, sed et aliqua ex parte scio) ipsum Te causae Tuae diffisum codices non indicare. Hae suspiciones, totum opus adficientes, apertis adcusationibus singulorum errorum, (qui in tanto opere non potuerunt non aliquando abrepere,) graviores. Id vero ne sperassent quidem iniquissimi adversarii, publice Te professurum, eam ipsam ob causam indicem codicum non datum, ne posset opus Tuum, antequam finitum esset, *ad examen revocari*. Bonae causae, et diligentiae, quam Te adhibuisse plane non dubito, conscientia, examen non solum non refugere, sed et optare poteras, ut pagina 9 facis, nollem ergo ea Tibi excidisse, quae p. 6. scripsisti, adversariis suspiciones spargentibus optatissima.

cum, nulla est excusatio — numquid ergo credidit, se haec impune acturum? Vid. p. 76.

Istiusmodi profecto contumeliae nihil me 9
movent. Accuratum codicum examen, de novo factum, non reformido; nec alias eorum exhibitiones, ingenue emissas. Non quod Opus hoc meum (in quo *non saepius errare* plus quam humanum fuisset) erroribus prorsus carere arbitror. Sunt enim, quos ipse jam deprehendi, in Tomo 2do corrigendos. Neque quicquam mihi gratius facturi sunt Viri docti, quam si alios, etiam, qui diligentiam nostram adhuc effugerunt, ipsi nobis benevole designent. Verum non eos plures esse satis confido, quam qui ab hominibus vere eruditis facile veniam ferant; (12) ab iis, inquam,

(12) Hanc vero veniam sine dubio dabunt omnes, nec unquam aliter sensi. Nullum codicem prima collatione totum exhauriri, ita ut nulla ejus varia lectio negligatur, omnes sine errore indicentur, certum habeo, nec Millium adcusamus, quod Wetstenius iisdem saepe ex codicibus excerpsit, quae Millius non habet: nec de meis quidem codicum collationibus melius spero. Ergo hanc veniam *petimusque damusque vicissim.* Conferri iterum codices svadeo, non ut Tu reprehendi possis

quam, qui harum rerum aequi sint aestimatores: qui illud probe noverint, labores huic Operi proprios esse sine omni exemplo maximos; atque vix fieri potuisse, ut vel mediocriter concinnaretur, et in formam ullam prorsus non abnormem redigeretur, tam pene infinita materies. Multo autem magis veniam feram; si, inter plurimas codicum collationes ab exteris factas, paucae tantum iisdem laborarent vitiis, quibus scatebat codicis *Casselliani* collatio. (13) Hanc ut primum a te acceperam, per

---

et adcusari, (supra humanas enim vires est, statim in initio primaque in collatione omnia praestare, ut nihil illis addi possit,) sed quo perfectiora et pleniora aliquando nanciscamur rei criticae subsidia. Relege tota, quae scripsi, intelligesque, quo animo et consilio scripta sint, non Tui odio, sed rei criticae amore, eamque promovendi studio.

(13) Vereor, ne multi haec legentes, eam, quae tot vitiis scatebat, et de qua mecum per literas conquestus es, Casselliani codicis collationem a me factam esse putent; quod non suspicaturi erant, si verba mea, quorum aliquam modo partem excerpis, me ipsum in suspicionem adducentem, posuisses integra: *excerpebatur* (*codex Casselianus*) *a duobus meorum auditorum Kennicotto, qui cum diligen-*

per epistolas tecum de incuria conquestus sum; multaque ex conjectura notavi, in quibus penitus

---

ligentiam minus probarent, ipse totum recognovi, ut adcuratiora et certiora Kennicottus nanciscereturr, sed et simul mihi excerpsi. Breviter haec, ut in epistola; paullo copiosius rem exposui in bibliotheca Or. T. I. p. 224-227.

Jam rem, non Tibi, qui omnia, credo, nosti, sed lectoribus, ut gesta est, exponam.

Duo ex meis auditoribus, a me lecti, tuis sumtibus ac stipendio codicem Cassellanum conferebant, ex quibus seniorem, de quo plus sperabam, quod studia academica jam absolvisset, non nomino, officio enim suo non satisfecit, nec velim quemquam ignominiae caussa nominare, Tibi tamen ejus nomen notum esse puto: alter erat Schultzius, nunc academiae Giessensis professor. Non hujus, sed anonymi culpa, peccatum. Ergo Tibi cum eorum excerpta mitterem, non a me recognita, recte ac prudenter suspicabaris, non eam, quam oportebat, eos diligentiam adhibuisse, idque mihi significabas: vidi Te non sine caussa conquestum, namque et in illis schedis, quas Tibi nondum miseram, innumerae omissiones graviuum etiam lectionum: totum ergo codicem, ipse illum praelegens,

illis

nitus erratum est. Itaque et codicem illum totum recognovisti; et collationem, in multis

illis biblia Vanderhoogthiana relegentibus, recognovi, intellexique, multas ab illis centurias variarum lectionum omissas esse. Equidem mihi omnes lectiones varias codicis ad mea biblia notabam, illos autem jubebam, omnia quae omiserant schedis suis addere, easque iterum describere, Tibi mittendas: nonnunquam et hanc iteratam descriptionem cum meis excerptis conferebam, jubebamque, secundum omissa addi. Haec cum sola fecerim ductus amicitia, exprobrari mihi non debuisset, si quid illi errarant. Omnia, quae eorum excerptis addi jusseram, notarintne ac descripserint Tibi, nullo errore, nulla omissione, ignoro, nec facta eorum praestare possum: insigni exemplo, quod pagina 105 indicavi, et de quo Tu p. 16. certiora dedisti, plane intelligo, semel ab anonymo id non factum esse, quod praeceperam, ac suspicor, saepius erratum, nec Te omnes accepisse Cassellani codicis lectiones, quas mihi excerpseram, illorumque schedis addi volueram. Equidem omnia feci, quae ab homine amicissimo, sed multis distracto negotiis, quique codicis collationem ipse non susceperat, exspectari poterant: Tuo illi aere

codi-

tis a priori diversam, ad me transmisisti: quod et ipse fateri non gravatus es, *Gram. Chald.* p. 106.

---

codicem conferebant, ego gratis recognoscebam totum, ut pleniora nanciscereris, quod si qua schedis suis iterum, interdum et tertium descriptis, non inseruerunt, quae notari jusseram, meisque sub oculis enotaverant, ego quidem adcusandus non sum, sed illi, seu potius is, cujus nomen Tibi non ignotum hic subticeo. Gratis qui codicem recognoscit, atque aliquot centurias addit lectionum neglectarum, ejus non est, schedas sua manu describere, neque id Te exspectasse credo. Certe vidisti, mea manu non esse scriptas.

Unum, quod forte mihi exprobrabis, gratiam amicitiae aliquam et recognitae collationis redditurus, erit, non satis provide a me lectos esse, qui Tuo sumtu codicem conferebant. Ego vero summa cura et optima fide eos legi, alteriusque ex illis nomen, celebre jam per Germaniam, Schultzii Giessensium professoris, argumento est, non mediocres me legisse; de altero, veterano, plus etiam sperabam atque adeo confidebam, quam de Schultzio, tunc valde juvene, sed cujus et ingenium mire placebat, et diligentia, ac doctrina aetate major. Sed ut sunt spes humanae

p. 106. Et inquis, in *Epist. Dan.* p. 16, 17 — IPSE TOTUM RECOGNOVI, *ut adcuratiora et certiora Kennicottus nanciscereturr.*

Jam vero ut controversiae, quam hac ex parte movisti, finem faciamus; huc denique res redit. Innumerae fere prostant in Primo hoc Tomo Variae Lectiones, quarum et bene multae magni sunt ponderis et momenti. Qui de me honorifice aut benevole sentiant, meam pro collationibus istis sponsionem in praesenti non recusabunt; et Tomum 2dum haud gravatim expectabunt. Qui erga me secus animo affecti sunt, etiam si Operi huic quam maxime obtrectare velint, nihilo tamen minus (inviti licet) expectent etiam necesse est: neque enim prius obtrectationibus suis fidem, ne minimam quidem, adstruere valebunt. Illud profecto optime a Te dictum est (p. 73) de hac Bibliorum Heb. editione —

---

non

nae incertae, Schultzius meas superavit, alter, cujus nomen taceo, eas destituit. Erat etiam, ubi querebatur, plus me justo exigere, atque enotari jubere, quae ex Tua lege non enotanda essent: nec cogere poteram, ubi non liquebat. Credo ergo, Te multa non accepisse, quae mihi notavi. Relege, si lubet, quae ipse p. 6 epistolae (nunc 65. 66) scripsisti, Tibi imputari non posse, quae collatores peccarunt, si optimos, *quos potuisti*, elegisses.

non statim judicium ferendum esse — oportere illam in eruditorum manibus diutius teri — non enim aliter de ea quicquam certe statuendum esse. Haec qui dixerat, vix expectandum erat, ut ille idem tam praepropere et festinanter judicium agat: et Opus in universum omne, dimidia tantum parte perlecta, vel potius vix inspecta, (14) arroganter improbaret. Sapientius profecto egisses, Vir Cl. si eam ubique moderationem servasses, quam praetendis saepe. *Non enim aequum* aiebas (p. 76, 121) *de Opere adhuc inedito sententiam ferre; neque de codi-*

---

(14) Relege totam operis Tui enarrationem; videbis, me laudasse, quae laudanda videbantur, alia reprehendisse, vel potius desiderasse, haecque ipsa meritis majoribus excusasse. Non opus improbavi, multo minus id feci arroganter, aliquoties professus, (ut ipse excerpis) nondum de eo judicari posse: sed nec perfectum, omnibusque numeris absolutum, ut forte sperabas, praedicavi. Henricone Stephano Te in prima quam parasti editione critica non comparari, sed praeferri, et merita Tua de critica sacra deque re christiana immortalia dici, Tibine leve? Sed immensa omnia speraisse videris, quodque non plane adoro opus Tuum, ac sine ullis esse naevis praedico, idque eo tempore, quo nolebas illud ad examen revocari posse, convicium putas.

codicibus noïndum descriptis turbas ciendas; quos scilicet omnes, in Opere suo, describendos curabit.

II. Haec quidem hactenus: nunc ad alia pergo; si modo prius illud *Ciceronis* tibi in mentem revocaverim — *Non modo Accusator, sed ne Objurgator quidem, ferendus est is; qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur.*

Inter accusationes tuas praecipuum habet locum, et earum omnium me judice gravissima est, ea scilicet, qua conquestus es — *Varias Lectiones, ab* HOUBIGANTIO *olim allatas, apud* KENNICOTTUM *non comparere.* Quod etiam a te adeo confidenter dictum est, ut, ni fallor, ista tua confidentia multis facile illudat: neque enim fieri posse existimabunt, ut Tu illud pro vero tam audacter edicas, in quo omnia plane falsa sunt. (15) Ain' vero, *Varias*

---

(15) Ego vero nunquam *negavi*, Houbigantianas lectiones a Te excerptas esse, sed *dubitavi et interrogavi*, quid a Te factum sit. Legant aequi arbitri, quae pag. 110 (nunc 36) scripsi, videbunt, me etiam quaerere, erraritne forte Houbigantius? Nefasne est dubitare de re, de qua ipse nondum nos certio-

Varias codicum Lectiones ab Houbigantio editas Kennicottum non inseruisse? Ais profecto; atque etiam accusationi fidem adstruere laboras. Non dico *adstruis*: oportebat enim *plures* passim locos citasse, in quibus Variationes istae a me omissae sunt. Tu vero *unicum* tantummodo allegasti. Ad 1 *Samuel.* 2, 8, *Houbigantius* (inquis) *binos citavit codices MStos, in quibus* מצוקי *legitur; Kennicottus autem nullos*: p. 110. Et hoc etiam iterum affirmas; p. 128. En duplex erroris portentum! (16) Ego quidem, quantum me meis oculis

---

certiores feceras? Jam, postquam profiteris, Te Houbigantianas lectiones in adparatum Tuum transtulisse, dubitare desino.

(16) Fateor, me oculis aberrasse, qui jam sunt sexagenario imbecilliores, maxime ubi luce candelae utendum, nec vidisse in numerorum silva מצוקי. Id quidem ea cominitate ingenii, quae Te plane digna est, *duplex* dicis *erroris portentum*, dubitans, *utrum casu quodam, an de industria tam mire coecutierim.* De industria vero id factum, neminem suspicaturum arbitror, qui nolit ipse de industria ejusmodi quid committere. Sed plane fateor, oculi me fefellerunt, Tibique adseveranti sine ulla dubitatione credo, quod

oculis fas sit credere, ad ipsissimum hunc locum, de verbo hoc ipsissimo, codices QUADRAGINTA QUINQUE allegatos esse video, in quibus illud מצוקי reperitur; quorum etiam e numero sunt bini illi Houbigantiani? Quid igitur? Haec tua tam gravis querela jam in nihilum abiit. Ego vero nequaquam pronuntiare ausim; utrum casu quodam, an ex industria, tam mire caecutiisti? (16) En verba, numerosque! In 1 *Sam.* 2, 8, in Textu, post ינחלם, sequitur (verbis 2 interpositis) מצקי. Atque in Nota, post ינחילם, variationem verbi ינחלם, datur מצוקי, variatio verbi מצקי: hoc sc. modo — מצוקי 4, 19, 30, 50, 70, 71, 76, 85, 86, 89, 93, 95, 96, 100, 107, 108, 109, 110, 112, 125, 150, 151, 155, 158, 172, 174, 175, 177, 180, 182, 191, 195, 196, 223, 224, 253, 257, 260. 294, 309, 664, 678, 680; primo 113, 154.

III. Quae vero in me alia hujusmodi ambigua jactas — *non* scilicet *patere*, an codices bini *Regiomontani* non sint omissi; aut etiam editionis *Halensis* Variae Lectiones, an a Kennicotto sint allatae: (p. 74, 128) in his nullam neque veritatem, neque benevolentiam inesse,

---

antea scire non poteram, Houbigantiana excerpta Tuis Te intulisse.

inesse, jure optimo queror; easque non accusationes nomino, sed potius calumnias. (17)

Quod

---

(17) Relegant alii, quae scripsi, culpaque omni absolutus ero. Te codices non indicante, non parebat, certove sciri poterat, Halensia ac Regiomontana excerpta Tua feciſſes, nec ne? Equidem credebam, cum haec, tum illa, Tuo Te adparatui inseruisse, atque adeo numerum Erfurtensis primi in bibliis Halensibus excerpti investigasse me sperabam, inventulo tamen meo quodammodo diffidens; sed querebar p. 74. (nunc 3) Te tacente, numerosque codicum non explicante, lectoribus mihique ipsi de eo non constare: pagina autem 128 hoc periculo errandi proposito a nova ac festinata operis Tui editione, quae non poterat non Tibi ingrata esse, revocare cives meos studebam. Haene sunt *calumniae?* Cui a Te emissae voci si parem jam redderem, Tu quidem conquerendi causſam nullam haberes: non vero, quid audire merearis, in scribendo cogito, sed quid a me scribi decorum sit, nolim enim ab his, qui haec legent, Tui in asperitate verborum similis haberi. Id unum Tibi in memoriam revoco, ea ipsa verba, quorum sententiam Tu pag. 7 (nunc 68) excerpsisti, rationem redditurus indicis codicum a Te non dati, "*ergo de nova editione ne cogitan-*

Quod te miſere dubitare inquis, utrum codicem 1 mum *Erfurtenſem* numerus meus 70 deſignet; neque ex dubitatione iſta ullo pacto teipſum expedire potuiſſe: reſpondeo — qui omnia incaute et feſtinanter agit, multa illum ſemper latere; cujus quidem rei et ipſe magno documento es. *Tres enim codices* (70, 173, 252) *a me ad* 1 *Sam.* 10, 12, *allatos, audacter aſſeris* (p. 114) היתּ *pro* היתה *habere.* Proh mirum! Ego quidem video, me ibi longe alia dixiſſe: nempe, in illis 3 codicibus ת deficere; itaque apud illos non היתּ legi, ſed היה. (18) Quod ſi hanc notam paulo dili-

---

„*gitandum quidem, donec ſecunda pars Ken-*
„*nicottiani operis prodierit, numerorum ex-*
„*plicationem habitura. Nullum certe majus*
„*impedimentum novae et ſupplementis auctae*
„*editioni objicere Kennicottus potuiſſet, quam*
„*hoc ipſum myſterium numerorum,*" ſtatim ea excipere, quae de Regiomontanis codicibus et Erfurtenſibus dubitaveram, atque verba Tibi grata eſſe dubitationis conſectarium. Hoc conſectarium qui cupide arripit, ſuumque facit, poteſtne juſte dubia, hunc ipſum in finem poſita, ut hoc efficeretur conſectarium, calumniarum nomine appellare?

(18) Fateor, me in ſignis Tuis criticis hic erraſſe, quod mihi, aliis adſveto, erant inſo-

diligentius excussisses; illud ipsum forte ade- 12
ptus esses quod quaeris, et te dubitatione ista
liberasses infelici. (19)

IV.

---

insolita, instantibusque nundinis librariis es-
set festinandum: non ergo sine caussa veritus
eram p. 79 (nunc 8. 9) ne quid ex his signis
incommodi aut periculi errandi existere posset.

Caeterum codex Erfurtensis, si excerptis
Diderichianis credere fas est, היית habet a
prima manu, cui alia manus ה addidit: id est
a prima manu habet היית, Chaldaizantem ut
dixi formam, a manu autem correctoris con-
svetam lectionem היתה. Ergo aut codex
Tuus 70, non videbitur esse Erfurtensis pri-
mus, ejus enim lectionem non habes: aut si
est, alteruter non veram ejus retulerit lectio-
nem, sive Kennicottus, sive Diderichius,
quos inter arbiter esse, inque rem praesentem
venire, Goettingae nequeo.

(19) Cum nolis numeros codicum indica-
re, veritus, ne pars operis Tui prima ad
examen revocetur, ac ne dubitare quidem
permittas lectoribus, ipsam ambigendi aliqua
de re licentiam *calumniam* vocans, dedignor
periculum conjiciendi denuo facere. Est au-
tem mirum, quod mysterio numerorum hunc

IV. Aliam vero et graviorem de *MStis Erfurtensibus* litem moves; de quibus ita loqueris, tanquam ipse eos penitus neglexissem — et quasi Variae illorum Lectiones vel a Bibliis *Halensibus*, vel a nuperrima eorum per Virum Cl. *Diederichs* collatione, essent omnes petendae — quanquam, inquis, *fieri potest* ut Cl. *Brunsius* alterum horum codicum, aliqua saltem ex parte, excusserit. Rem hanc totam, quia non levis est momenti, dilucide exponam.

Ego igitur cum me codicum Heb. examini primum accingerem, exigua omnino erat MStorum *Erfurtensium* fama; quia non multa

---

ipsum in finem usus, ut nube aliqua illos involveres, nec posses ante finitum ac divenditum totum opus ad examen revocari, lectoribus tamen Tuis exprobras, si qua numerorum aenigmata non recte solverunt. Inofficiosum erga illos, studio hanc caliginem quaerere, jamque etiam ridere, mysteria numerorum non divinantes. Sed utinam vel nunc demum perspicue dixisses, sitne codex Erfurtensis 1 Tuus 70, ut vel sic arbitrari autoptae possint, qua sint diligentia a Brunsio Tuo excerpti aut consulti: verum vel nunc jubes me aliosque divinare, ubi divinationi nullus locus.

multa fuerunt notatu digna, quae ex iis in Bibliis Halens. allegabantur: dum alii fere omnes codices Heb. MSti ab eruditis neglecti jacebant. Ego vero primus omnium, quod nolim a me arroganter nimis dictum videri, veram illis auctoritatem atque dignitatem redonandam curavi; non solum catalogum eorum dando longe quam antea perfectiorem, sed et Varias eorum Lectiones ostendendo numerosissimas esse simul et momentosas. Varias quoque Lectiones ex quibusdam, inter plurimos Heb. codices *Parisiis* asservatos, excerpsit Clariss. *Houbigantius*; cujus tamen Bibliorum Heb. editionem nonnihil antecesserat *Prima* illa a me edita de Textu Hebraeo *dissertatio*. De novo hoc in re critica argumento proferre licet tui ipsius verba — *Gratulamur Kennicotto suum* ευρημα, *gratias ei habemus, quod plurimorum animis magnum errorem, nostro non minorem excussit solicitudinem; primusque tentando et didicit ipse, et alios docuit, non sine mercede codices Hebraicos excuti.* Relat. fascic. 9; p. 10, 11: 1754. *Erfurtenses* vero codices per me praecipue inclaruisse, (20) testimonio sit illa, ad annum

(20) Non Tuam modo dissertationem, sed et me praeconem Tuorum de codicibus Erfurtensibus meritorum citare poteras. Vide

num 1765 edita, Operis mei historia: ubi etiam palam edixi, me tum id agere, ut co-
dices

---

bibliothecam Orientalem T. I. p. 209. 210. Suspicantem jam antea, collationem codicum Erfurtensium Halensem non ubique satis factam esse diligenter, sed certi nihil habentem, Tu primus in ipsa tanquam vestigia erratorum et neglectorum deduxisti, anno 1764 a me petens, ut locum Zachariae XII, 10. in Erfurtensibus codicibus evolvi curarem, testari enim Tentzelium, unum codicem Erfurtensem pro אלי habere אלין, nec quidquam hujus lectionis in bibliis Halensibus ex codicibus Erfurtensibus enotatum esse. Feci, quae petebas, responsumque tuli a S. V. Beslero, duo adeo codices Erfurtenses אלין habere, idemque et aliam insignem omissionem collationis Halensis indicabat. Haec quidem copiosius in bibliotheca Orientali, et vero illo in loco, ubi de bibliis avunculi mei, Johannis Heurici Michaelis, candidam et ab omni partium studio alienam dixi sententiam, reprehendens, quae reprehendenda videbatur. Tuarum quidem laudum toties praeconem, cujus ipse verba saepe excerpis, non calumniatorem dicere debuisses, ubi non omnia laudat, sed hanc ipsam ob caussam majoris habere, quod laudaret, quae laudanda videbantur,

lauda-

dices isti meis quidem sumptibus denuo conferrentur. Videor igitur, quod ad codices hosce attinet, officio meo hactenus non defuisse. (21) Qua de causa collatione ista destitutus essem, ipse, Vir Cl. in *Epist. Dan.* p. 15 plane dixisti — *petii a rectoribus ecclesiarum Erfurtensium, ut mihi codices suos commodarent, adcuratius conferendos: sed id obtinere non potui.* 13

Neque tamen ita a proposito destiti; sed de hac re cum Cl. *Bahrdtio* egi, anno 1769. Erat quidem ille, ab Opere meo incepto, annus decimus; et annorum collationi codicum destinatorum revera ultimus. Neque igitur aut temporis satis, aut satis argenti, mihi relinquebatur, ut Erfurtenses *omnes* recognoscendos curarem. Antiquissimum igitur et eorum optimum Bahrdtius a seipso evolvendum suscepit: en verba ejus, *Jul.* 11, 1769 — *summo studio perficiam quod mihi demandasti, Collationem codicis Erfordiensium antiquissimi et optimi; eamque in fine hujus semestris tibi mittere decrevi.* Tamen et haec quoque

---

laudare nescius, quae videbantur reprehendenda. Errare is poterat, sed non malevolus erat.

(21) Nec ullo Te verbo adcusavi, quod officio defueris.

quoque expectatio mihi in irritum cessit: fortasse, quod sibi Vir Cl. satius duceret Varias hasce Lectiones in propriam, quam tunc temporis meditabatur, Bibliorum S. editionem adservare, quam mihi ex promisso utendas transmittere.

Anno 1772 erat, qui mecum de codicibus hisce iterum agebat. Jam vero Pecuniis omnibus erogatis, et Opere etiam longius provecto, respondi — sero illud fieri. Quod si eo tempore verum esset; multo magis locum habuit, cum mihi Cl. *Diederichs*, anno 1775, collationes horum codicum pretio coëmendas obtulit. Et haec igitur *de codicibus Erfurtensibus* narratio simplex et ingenua, ad criminationem tuam refellendam, abunde sufficiet. Adjiciam tamen, ex hisce ipsis codicibus multa desumpsisse Cl. *Brunsium*, Adjutorem meum; cujus quidem exquisitam prorsus et accuratam diligentiam, ut ut tibi secus videatur (p. 128) omnes posthac praedicabunt Viri, harum literarum periti. Idque praecipue; quum in ipso codice *Cassellano*, quem tamen in locis aliquot selectis tantum inspexit, haud pauca ab eo observata esse noverint, quae
14 tamen *tuam* (22) effugerant diligentiam.

Ipse

(22) Non indicas lectiones, ut de singulis non respondere, atque nec meam diligentiam

tiam

Ipse totum recognovi — sic affirmasti, *Epist. Dan.* p. 16. et, ex p. 73, haec tua citantur verba

---

tiam defendere, nec fateri errorem possim. Non equidem dubito, quin fuerint, quae meam fugerunt diligentiam, quod omnibus accidere, qui codices conferunt, iterum iterumque dixi: relege modo, quae pag. 19 et 75. scripsi. Forte tamen ea ipsa, quae in schedis Tibi missis desiderabas, non meos fugerant oculos, sed ab his, qui Tuo aere codicem conferebant, schedasque scribebant, seu potius ab altero eorum anonymo omissa in describendo, licet notari juberem. Expertus enim, qua fide et diligentia describeret, nonnunquam et schedas ejus recognovi, non sine dolore videns, etiam in secunda, quin tertium correcta scheda omissa esse, quae addi volueram. *Totum codicem* recognovi, non *omnes eorum schedas*, qui Tuo stipendio eum conferebant: nec enim tantum otii habebam, nec tantum tamque molestum laborem debebam, omnia, quae feci, sola ductus amicitia, et gratis faciens. Qua quidem pro opera hanc mihi idemtidem reddis gratiam, ut, si quid in excerpendo codice ab aliis sit peccatum, me apud eruditos in suspicionem ejus peccati et negligentiae adducas, prudenter subticens, schedarum, in quibus

Cassel-

verba — *Indicasse sufficiat; ne, ubi maxime diligentia requiritur in conquirendis variis lectionibus, aliosque omnes negligentiae adcusavi, ipse videri possim et hoc et alia plura neglexisse.*

V. Sed ne immorer rationi fastuosae pariter et hostili, qua per totam tuam Operis mei crisin uti non piget; nec (hic saltem loci) istis reprehensionibus, quibus ipsum Opus prosequeris: non praetereunda est gravis *illa* contumelia, qua memet tam inique et sordide lacessivisti — nimium sc. in me fuisse *Pecuniarum* studium — non debuisse eos, qui Operi huic faveant, pretio *tam ingenti* fuisse obnoxios — illud praeter jus fasque a me actum esse &c. (23) Pauca respondeo — neminem oportere,

---

Cassellani codicis excerpta habes, nullam, mea manu scriptam esse, sed omnes aut anonymi, aut ultimas, cum anonymum dimitterem, Schultzii.

(23) Non pecuniae cupiditatem, non turpe lucrum, adcusavi, nec *Te* omnino adcusavi, sed in rationibus, quas praetexent, qui novam editionem operis Tui in Germania moliuntur, hanc secundam posui, *nimis caro librum a Te vendi.* (Vide pag. 123. nunc 48)

Quod

tere, quae ipse penitus ignoret, de iis veluti ex cathedra judicium ferre. Videamus itaque, nun-

---

Quod ut intelligas cur dicendum fuerit, scito, inde ab anno 1774 agitari per Germaniam litem de jure novas editiones faciendi, seu, ut loquuntur, de jure reimprimendi alienos libros. Variae ea de quaestione ICtorum sententiae, nisi quod omnes consentiunt, non licere libros reimprimere privilegio Imperatorio munitos, licet nec illis reimprimendis bibliopolae abstineant. Aliis nefas videtur, ullos in Germania excusos libros invito auctore, eoque bibliopola in quem jus suum transtulit, reimprimere: perquam pauci ne libros quidem exterorum, ut, Britannorum, Batavorum, reimprimi permittunt, ipsiusque Tui operis in scripto insigni illustris *Pütteri* hac de quaestione facta est mentio. Horum si sententiae vim legis haberent, Tua biblia iterum typis describi Te invito non liceret. Verum hi ipsi, et reliqui omnes, duplicem causam ponunt, ob quam liceat libros, non exterorum solum sed et Germanorum reimprimere: primo, si librarius divendita editione prima per aliquot tempus non det secundam, ita ut liber in bibliopoliis desideretur, nec emi argento possit; deinde si nimis magnum libro pretium statuat, sive auctor, sive librarius,

nunquid de hac re certi habeas — ipsae operae Typographicae quanti constent — quot, qui-

---

in quem auctor jus suum transtulit. Jam eum a pagina inde 122 usque ad finem enarrationis totus in eo sim, ut cives meos a reimpressione, aut festinata editione libri Tui dehorter, (quod Tibi gratissimum esse puto) primo ponendum erat, qua illi juris et aequi specie sibi videreutur alienum laborem reimprimere, ex eoque lucrum captare. Liti equidem juridicae immiscere me nolebam, atque adeo plane non dubito, quin fas sit, exterorum libros in Germania iterum typis describere: dans ergo novam editionem molientibus, quod dat maxima ICtorum nostrorum pars, licere ipsis per jura Germaniae biblia Tua reimprimere, id ago, ut illis persvadeam, non sine ipsorum, non sine lectorum damno, non sine magno rei criticae detrimento, novam editionem festinari. Ea ergo omnia, quae valde iratus respondes, nihil ad me: dic bibliopolis, novam editionem molientibus, contra quos disputavi. Nec tamen miraberis, magnum nobis in Germania, atque adeo (non nego) mihi quoque, libri pretium videri posse, pro cujus Alphabeto (*i.* e. XXIII. plagulis, seu XCII paginis) tres Joachimici solvendi sunt, promittente aliquo nostro-

quibusque, utar Adjutoribus — quaenam singulis stipendia sint eroganda — omitto alia, ne prolixus fiam. Quod si horum omnium nihil omnino perspectum habeas; qualis demum illa videbitur, confidentia dicam, an arrogantia, quae de re penitus ignota tam libere pronuntiare ausa est! Sed non est, quod me pudeat de his omnibus aperte loqui. Habeas igitur, si illa tibi volupe futura sit, hanc pecuniarum rationem. Ex nummis pro Opere ipso nunc subscriptis, ad hunc usque diem, *tria millia* aureorum accepi: quorum *millia duo* in ipso Opere, variisque sumptibus ad illud necessario pertinentibus, jam erogavi; quum tamen adhuc superfit Tomi 2di pars longe major, cui et multum adhuc pecuniarum erogari necesse est.

Instas tamen. Opus hoc, inquis, debuerat sane *multo minoris* constitisse; cum et iis sumptibus,

---

nostrorum bibliopolarum, totum se opus viginti Joachimicis ($3\frac{1}{3}$ libris Sterlingicis) venditurum. Emtori certe licuerit sine injuria auctoris, dicere, magno se emisse. Quodsi minore pretio a Te vendi non poterat liber, satis a vitiis typographicis repurgatus, haec una excusatio sufficit: nec rationes argenti reddi opus, de quibus, ut redditae deinde a Te sint, nostrum nemo judicare potest.

ptibus, qui in MStis conferendis erogandi erant, per decem annos *abunde* provisum esset: atque etiam, ubi Variae illae Lectiones in ordinem redigendae erant, Kennicottus per aliud biennium Fautorum suorum liberalitate *larga* minime caruerit. Sed haec et olim contra me dicta sunt, et olim a me penitus eversa: neque ego jam apud alios causam meam ago; te ipsum potius inconstantiae et levitatis arguo. Cum enim ipse, in ultima earum, quas annuo in lucem dedi, Operis mei historia, certissima ratione commonstraveram, me 9000 illos, quos acceperam aureos, fere omnes Operi promovendo impendisse, ita ut nihil exinde fortunis meis incrementi accesserit (de quo etiam, si libuerit, non parum mihi gloriari liceret) neminem futurum esse arbitrabar, qui de illa re ulterius dubitaret. Si qui fuerint; ab iis nihil mirum esset, si in sordidam avaritiae suspicionem adducar. Te vero, Vir Cl. vel maxime mihi in hac re fidem habuisse, argumento sint, tum illa quae ipse ad me scripsisti; tum quae ad Virum merito celeberrimum *Joh. Pringle*, ubi tibi collationum a Diederichs factarum mentio inciderat. Ad me, Sep. 12, 1772, hoc modo — *nec enim ignoro, argentum, ad codicum collationem collectum, pene omne erogatum esse.* Et, eodem fere tempore, ad Amicum nostrum — *finita collectione argenti, conferendis codicibus destina-*

destinati, nihil amplius sumptuum expendere posse. (24)

Itaque

---

(24) Nunquam mihi in mentem venit, quidquam de illis, quos dicis, 9000 aureis, suspicari. Relege quae p. 123 (nunc 48) scripsi: qui dicit, idque Tuis adeo verbis dicit, *collationem codicum et praeparationem variarum lectionum ad praelum liberaliter collatis fautorum pecuniis factam esse* (verba quaeso Tua, et stilum agnosce, mihi enim insolitum, *pecunias*, plurali numero ponere) quid dicit aliud, quam, hanc pecuniam collationi codicum et praeparationi ad praelum impensam esse? Cur ipse suspiciones contra Te confingis, quarum mihi certe nunquam in mentem venerat? cur contra adcusationes Te defendis, de quibus vocem non misi? maxime, cum ex meis literis, quarum etiam verba excerpis, scires, bona fide me credidisse, *omne argentum, ad collationem codicum collectum, erogatum esse.* Hoc quoque addo, cum Diderichius anno 1772 a me peteret, ut sua Tibi offerrem collectanea, feciſſe quidem, ut promiseram, sed et demonstrasse, exiguam mihi spem esse, quod putarem, omne argentum jam erogatum esse. Contra umbras pugnas, nimis iratus, et contra somnia turbulentiora, non contra me, cui ne quidem illa 9000 librarum

Itaque si quae tibi olim fuit, eadem quoque nunc sit sententia; pro nihilo accipienda sunt quae dicis omnia. Sin minus; superest ut te rogem, quibus demum argumentis inductus, alia nunc statuis ac olim statuisti. Oportebat ea argumenta palam protulisse; vix enim aliter opinor, levitatis certe, fortasse etiam calumniae, crimen effugies. Jam vero, ut tecum privatim agam: si illud vel maxime a me factum fuisset (quod tamen non factum) ut ex ingenti illa 9000 aureorum summa nonnihil mihimet ipsi jure eximendum putaverim; quomodo non illud mihi pariter liceret labores meos auro contra rependere, ac Tu, Vir Cl. tuos (25) simul et aliorum rependendos esse

---

Sterlingicarum summa magna visa est, neque tot codicum collationi reliquisque sumtibus suffectura, quibus eam sufficisse video.

(25) Hic ego certe Tibi nominandus non eram, quidquid enim in codice Casselliano praestiti, gratis feci, totum gratis recognovi, omneinque pecuniam his, qui *Tuis stipendiis et aere eum conferebant*, quorumque adhuc a Te chirographa servari puto, numeravi. Sumtus adeo meo ex aere deportando codici feci, Casselliam enim proficiscendum erat, ut mihi in manus traderetur: hos ipsos sumtus refundere voluisti, sed accipere nolui, nec qui-

esse censuisti? Etenim illa codicis *Cassellani* 16 collatio, pecuniis, ut scis ipse, mihi comparata fuit. Itaque quid aliud, quam risum movet illa de *tuis* gloriatio magnificentissima (p. 126) — *Quae apud Britannos* AURO *comparantur, ea apud Germanos omnia* ULTRO *fieri* — (26) tantum esse apud nos *literarum* Hebrai-

---

quidem deprecatus sum, sed ut de re, quae me non digna esset, non respondi. Nunc demum necessitate coactus dico, cum, pro Tuo more, hanc mihi gratiam reddas, ut acceptae tantillae mercedis, cujus professorem Goettingensem puderet, ac divisae cum auditoribus, insimules.

Caeterum quod juvenes, nulla Tibi amicitia juncti, ac plane ignoti, et ad quos nulla pars honoris aut laudis inde perventura videbatur, non gratis codicem contulerunt, sed Tuum acceperunt honorarium, nec miror, nec improbo; eum enim in finem collata erat pecunia: nec Tibi vitio vertissem, si, (ut Tuis iterum verbis utar, quia tam est periculosum de Te loqui, atque omnia in malam partem interpretaris) *ex ingenti illa 9000 aureorum pecunia, nonnihil Tibimet ipsi eximendum putasses, laboresque auro contra rependisses.*

(26) Nec de eo loquor tempore, quo Cassellanus Tibi codex collatus est, sed de

Hebraicarum *amorem* atque ſtudium — diligentius itaque, *omni procul dubio*, atque *accuratius* omnia apud nos agi! Vellem quidem, ut iſta codicis Caſſellani collatio diligentiam, tantopere jactatam, prae ſe tuliſſet. Vellem, *ultro* factam fuiſſe: quandoquidem nunc, ſed heu! ſero, affirmas — quod, *ſine nummis*, facta fuiſſet accuratius. —

VI. Videris ſane codici Caſſellano luben-tius immorari. Variam itaque lectionem, ad

Deut.

---

noſtro, quo magis jam fervent ſtudia critica; nec OMNIA ultro et gratis fieri dixi: atque ne hoc quidem tempore putem, juvenes codicem Caſſellanum aut alium gratis Tibi collaturos, quibus nihil inde laudis ac nominis ſperandum ſit, maxime cum mihi, qui gratis codicem recognovi, eam reddas gratiam, ut aliorum peccata, mea publice dicas. Literalem ſi cupis verborum meorum verſionem, hanc habe: *quod enim in Britannia ſoluto laboris pretio, id apud nos fit ſtudiolo* (Liebhaberey): liberiorem, quaeque ſententiam clarius exprimit, a Germano facile lectis Germanicis verbis intelligendam, invenies pag. 51. Mihi quidem nonnunquam ejusmodi excerpta offerri, ex bibliotheca Orientali, cui paſſim inſerta ſunt, intelliges; ultro autem et gratis mitti, teſtis ſum: ſed plures etiam ſibi colligunt.

Deut. 32, 41, in illo adservatam, a me penitus omissam esse quereris? p. 105. Adjicis tamen, pro tua erga me benevolentia, *non illud fortasse ipsi Kennicotto tribuendum* — nec ideo meam arguendam esse vel *fidem*, vel *diligentiam*. Ego igitur, quod celandum antea curavi, proferam necesse est. In *Deuteronomio* duplicem a te accepi codicis Cass. collationem: alteram, quae affirmat vocem hic in margine esse ם֑א; alteram, in qua scribitur ם֑ע: (27) Et cum ex collatione, sibi prorsus oppugnante, vera codicis lectio non

(27) Error igitur ab illis commissus, qui Tibi codicem excerpebant, seu potius ab altero illorum Anonymo, ac recte atque erga Te benevole suspicatus eram, non Tibi eum imputandum. Verum nec mihi, ut Tu facis, cujus manu schedae non scriptae erant, quique earum recognitionem non promiseram, licet nonnunquam recognoverim: et has quidem ipsas Deuteronomii ob insignia vitia iterum describi et emendari jusseram. Ex textu adeo Hebraico inspecto facile paruisset, quae scriptio vitiosa, quae melior: quod si dubitabas, interrogare me potuisses, respondissem, ad mea me biblia his verbis lectionem enotasse: Deut. XXXII, 41. ם֑א *omittit Cassel.* (*sed margo restituit.*)

non elicienda foret; nonne amico potius dignum fuit, de re tantilla, tacere, quam certiorem facere lectorem, te, Vir Cl. graviter erraſſe? (28)

VII. Haec, ut vides, fuſius perſecutus, pauca breviter notabo; atque eo rerum ordine, quo apud te occurrunt.

P. 77. *Semleri* Viri Cl. de Opere meo honorificum ſane teſtimonium fautte tibi ipſi comprobatione dignum videtur; fortaſſe tamen, inquis, erit quod dubitent nonnulli, utrum *illud recto in loco a me poſitum ſit.* Iſta autem quorundam dubitatio non tantam in ſe habet auctoritatem, ut ego ideo reus in judicio ſiſtar. Fieri etiam poteſt, ut alii mecum ſentiant. Aliorum itaque expectandum eſt judicium — an illa Semleri laudatio, quae *Anglorum* munificentiam praecipue ſpectat, ante *Au-*
17 *glorum* Operis mei Fautorum enumerationem, bene vel male collocetur. Quod ad ipſum attinet teſtimonium: ſi ex *tuis* ſcriptis aliquid ejusmodi vel maxime petere voluiſſem, plane non

---

(28) Hoc certe inſigni a Te malevolentia dictum: non ego erraveram, ſed qui Tibi Tuo ſtipendio excerpta deſcribebat. Certe meum non erat, eas deſcribere, quod gratis codicem recognoſcerem, nec per aliorum laborum, quibus pene opprimor, multitudinem id facere potuiſſem.

non reperissem. (29) Ita enim in laudationibus plerumque parcus fuisti, objectationes simul et reprehensiones cum iis commiscens; (30) ut

(29) Lege, quae pag. 77. (nunc 6) scripsi, intelligesque, non me maluisse meum nomen loco Semleriani legi, sed dubitasse, sitne satis decore praemissa cujuscunque laudatio. Invitare enim ad dandum videtur qui dantes docet, quam ab aliis laudentur. Sed sunt gustus etiam in decoro existimando diversi; ergo, ut ipse dicis, *fieri etiam potest, ut alii Tecum sentiant*, ut ipse dixeram, *non omnium una erit sententia.*

(30) Id vero est, ab omni partium studio alienus, unius veri studiosus, liberam dixi sententiam. Laudum autem Tuarum parsimoniam objicere haud mihi debebas, qui ipse aliter olim sensisti. Literas meas ad Te datas citare soles, licetne eodem jure et Tuas die 19 Augusti 1773 scriptas, quo die nondum nomen meum libri emtor subscripseram? "My „Work will be begun i hope, at furthest; „as there are about 320 Copies already sub„scribed for. But, my good Sir: will not „all Europe be surprized? if, when my „Work appears *with the List of its Subscri„bers*, it should *not* have the Name of *John „David Michaelis*! the Name of one, who

ut jure optimo illud a te nunc dictum vid atur (p. 121) — *Me Kennicotto nimium favere, saepius mihi imputatum fuit; sed hujus rei falsitas manifeste patet.*

Pag. 79. Illud mihi vitio vertis, quod Wetsteniana*m Signorum* (in notis adhibitorum) rationem non secutus sim: quod tamen fieri non potuit. Nam signum illud, quo Wetstenius *omissiones* notat, ad aliam rem a me necessario fuit adhibendum. Caetera quae immutavi, ea non in deterius immutata fuisse confido.

Pag.

„has in public so frequently and so highly „extoll'd the Work itself, and — —" (sed hic aliqua omitto, quod decorum non arbitror, quae alii mihi in laudem dixerunt, mea manu repetere.) "At present I must think „this to be impossible. And I shall therefore „wait with some impatience for an Order to „insert Your Name, in the next edition of „the List herein presented to You." Feci statim, quod cupiebas, facturusque jam antea eram, licet bibliotheca nostra academica librum habitura esset, subscripsi nomen, et argentum misi: Tu vero tunc putabas, impense me et saepe opus Tuum laudasse, id. quod et factum esse omnes sciunt.

Pag. 79. Illud insuper reprehendis, quod *Variationes ejusdem generis* (sc. per additionem) *diverso modo designaverim*; de qua re nimis superbe (31) pronuntias, *perperam a me illud actum fuisse*. Ego vero me illud recte fecisse aio; quia multum in hoc ipso lectorum commodis consului. Et tu etiam ipse inquis — *sero et non nisi post annos aliquot illud compertum habebimus, an aliquid exinde incommodi oriundum sit.* Iterum itaque oro, ne praepropere judicium feras; nec nisi annorum istorum usu edoctus.

Pag. 81. *Mihi quidem* inquis *prorsus non patet, quomodo, ex literis Majusculis et Minusculis, de codicum MStorum antiquitate quicquam statui potest.* Sed et vera esse possunt, de quibus tibi ipsi omnino nihil patet. Potest etiam et hoc ipsum melius patescere, ubi Dissertationem meam Generalem perlegeris. Iterum itaque moneo, ut Tomum 2dum non aegre opperiaris. (32)

Pag.

---

(31) Relegant alii paginam 79 (nunc 8) dispiciantque, vocemne superbam miserim, nisi forte superbum est, aliquid a Kennicotto factum non probare. Ne asperum quidem illud, PERPERAM, posui, quod Tu pro meis, *melius semper eodem signo usus esset*, substituisti.

Pag. 82. Testimonia quoque, de Opere meo, quae post Praefationem *in serie 2da* posita sunt, minus probas; inutilia esse innuens, vel *Germanorum gustui* haud accommodata. Sed nonne etiam Germanis placebit, quod in hac serie primum ponitur, insigne illud nomen ROBERTI LOWTH, *Episcopi Oxoni-*

---

(32) Haec vero Tua, quam est superba responsio? Ego non solum dixeram, *me non intelligere, quid ad dijudicandam codicum aetatem literae majusculae et minusculae facere possint, donec Kennicottus id nos doceat*, sed et causas adjeceram, cur non videatur ex illis de codicum antiquitate judicari posse. Ad argumenta non respondes, sed id respondes unum: multa esse, quae ignorem, exspectare me debuisse, donec Tomus II. prolegomena habiturus prodeat. Quid quaeso superbius dici potest? et vero ab illo, cujus criteria aetatis codicum ab aliis ad examen jam revocata, nec illis certa visa sunt? Fide ergo simplici credere me oportet, et exspectare, donec Tibi placeat, argumenta adferre, nec dubitare, quin errare nequeas: ita quidem unus in Italia mortalis edicere consueverat, superbiae a nonnullis accusatus, nec tamen in quaestionibus criticis et eruditis, sed in theologicis.

Oxonienſis? Illa certe placebunt, quibus ſubjungitur nomen J. D. MICHAELIS. (33) Sed

---

(33) Miror, Te plane non adſequutum, quid in teſtimoniis operi Tuo praepoſitis diſplicere poſſit: apertius ergo dicendum. Erat is mos eruditorum ſuperioris et XVI ſeculi, ut laudes aliorum ſuo ipſi libro praeponerent: ſed is jam diu in Germania obſolevit, habeturque indecorum, auctorem ſuas laudes repetere, lectoribusque referre, quae alii honorifice de ipſo ſcripſerunt. Ergo Germanis neutiquam, ut putas, placebit, *quibus ſubjungitur nomen J. D. Michaelis*, a Te deſcripta eſſe, libroque praepoſita: Reverendiſſimum epiſcopum Oxonienſem, nunc Londinenſem, nemo eſt eruditorum in Germania, quin ob doctrinae et ingenii magnitudinem admiretur, judicemque habeat rerum criticarum peritiſſimum et integerrimum, ſed quae de Te ſenſit, in ejus ſcriptis legere mallent, quam in Tuis. Superiore ſeculo tuliſſent non inique ſeculi morem, ſed inverecundum putant, ſuas laudes commemorare, atque ubi id factum vident, qui amici ſunt, amici nomine erubeſcunt, qui inimici, laetantur. Videas jam, cur pagina 104. eam literarum Tuarum particulam, qua laudabar, omiſerim. Haec, quae me cogis aperte dicere, quam

pagina

Sed testimonia haec omnia honorifica duco, ab eruditis sua sponte profecta. Atqui inter ea, Illius testimonium lubens agnosco; qui unus prae omnibus Viris, eruditissimis licet, summo cum honore nominandus est: cuius suffragium qui plene tulerit, satis famae suae vixisse putabitur.

Pag. 83. Notetur denique levis illa cavillatio — *potuisse quidem istam paginae meae partem, qua Pentateuchus Samaritanus continetur, in formam redigi angustiorem.* Sed tanti non fuit, sordidum chartae lucrum fecisse, parcendo *triginta* circiter *foliis* (tuo utor calculo) ut idcirco Operi meo multum certe elegantiae, non parum etiam utilitatis, detraherem. Memor sis insuper, hic agi de Pentateucho SAMARITANO; a quo, in summa rerum luce nunc primum posito, plurima Pentateucho *Hebraeo* commoda derivetur necesse est. (34) VIII.

---

pagina 82 (10) dixerim molliter, addens adeo, *ipsum Kennicottum plerisque testibus et laudatoribus notiorem esse*, relegant, qui volunt, deque Te judicent, cui ne quidem per conjecturam in mentem venit, de pudore in se laudando atque de verecundia sermonem esse.

(34) Responsione non opus; sed sufficiet mihi, si aequi arbitri ea ipsa relegunt, quae pagina 83. (nunc 11) scripsi.

VIII. Alia nunc moliris; scilicet, ut Operi huic auctoritatem fere omnem et dignitatem adimas. Itaque satis operose illud agis, a pag. 86 ad 90: dolose tamen omnia; illud praecipue, ubi inter Vetus Testamentum et Novum instituis comparationem. (35) Dolose, inquam, agis. Debueras enim illud primum fateri, in hodiernis editionibus Novum Testamentum quam Vetus *multo accuratius* exhiberi. Cujus rei causa etiam adjicienda erat; saltem, si ti-

---

(35) Neque hic ulla responsione opus, sed ablegatione lectorum ad ea, quae p. 86-90 (nunc 14-19) scripsi. Nihil ibi contra opus Tuum dictum, multo minus illi auctoritatem fere omnem et dignitatem ademtum ivi, sed id modo universim disputavi, in lectione Veteris Testamenti repurganda obsummam librorum antiquitatem eo perveniri a critico, nunquam posse, quo in Novo perventum est aut pervenietur. Quod ea non praestiteris, quae fieri non possunt, id Tibi nemo vitio dabit. Haec omnia, quae iracundus disputas, non contra me, sed contra lemures meticuloso Tibi somnio oblatos disputas, aut contra eum, qui Tibi quid in scripto germanico dixerim Anglice retulit; nec puto, Te ita acturum fuisse, si ipsa germanica legere et intelligere potuisses.

si tibi perspecta esset — *Novi* sc. Testamenti libros juxta fidem codicum *pervetustorum* et olim fuisse impressos, atque etiam nunc imprimi — *Veteris* non ita; cui sane primum edendo inservierunt codices *multo minus antiqui*; quod vero nunc dierum imprimitur, ad normam codicum *recentissimorum* imprimitur. Quapropter non omnes omnium eruditorum curae, ope variarum lectionum, illud unquam (ut videtur) efficient, ut in Textu *Hebraeo* eam habeamus puritatem et certitudinem, quam in *Graeco*, non dico *Wet-*
19 *stenius*, sed et ipse jam olim *Stephanus*, praestare potuit: idque praecipue, cum summa codicum Hebraeorum antiquitas annos DCCCC fortasse vix superet; Graecorum vero usque ad annos MCCCC assurgat.

Quae omnia ut ut vera sint, et sunt certe vera; ego tamen non video, Operis hujus auctoritatem vel minimum exinde labefactatum iri. Textum Hebraeum mendis scatere, ambo fatemur. Meliorem itaque et emendatiorem graviter desideramus. Hujus voti ut simus compotes, fiat necesse est diligentissima simul et perampla codicum MStorum collatio. Quae si a me uberrime fuit instituta; Operi meo sane constat et dignitas et emolumentum. Tu vero ipse, Vir Cl. haec omnia non invitus fatebere; qui et olim hoc aperte fassus es —

Liquet,

Liquet, codices antiquissimos Kennicottianos, quocunque demum seculo scripti sunt, ANTIQUITATE *multum praestare illis, quibus primi Bibliorum editores utebantur: hoc a K. ad liquidum perductum est.* Relat. fascic. XI, P. 99.

Iterum tamen de codicibus Heb. nunc mecum agis, his verbis — *quorum codicum antiquissimus non est, caeteris paribus, majoris momenti, quam recentissimus eorum codicum aliquatenus spectabilium, in quibus continetur Testamentum Graecum.* Pag. 89. Haec si a te sincere dicta sint; si, absque ambagibus fraudulentis, aequiparare velis recentissimum Graecum antiquissimo Hebraeo: non Criticum te probas sobrium, quin potius fere delirantem. Non enim amplius agnoscis, quod saepius agnovisti, esse in MStis Heb. ingentem *variarum lectionum* numerum; quae, seorsim spectatae, multum *in se* habeant auctoritatis et ponderis. Contemptui tibi nunc sunt etiam, quae antehac invictissima fuerunt, argumenta, de nova *Versionum antiquarum* auctoritate, quae pluribus in locis ex MStis Heb. feliciter confirmantur. (36) Corruit igitur, heu! corruit,

(36) Maximi adhuc facio in critica V. T. versiones antiquas, magni codicem Casellanum, quem mihi objicis, aliosque antiquos: hos

fuit, omnis illa, tantopere jactata, *Codicis Oxoniani* gloria! Ipsae etiam tuae *in Danielem Epistolae* totae corruerunt; de sublimi ad quam ipse eas elevasti sede, in pulverem et a te ipso deturbatae! Ne quis in posterum mireture — illum, qui suis ipse scriptis non pepercerit, erga alios Aristarchum fieri, aut ipso etiam Aristarcho acerbiorem!

IX. Quod vero, inquis, p. 120 — *jam omnem* (vel tibi vel aliis) *irritam cessisse spem atque expectationem, fore ut MStorum ope, obscura ea quae sunt, plana fierent et aperta* — *et vel ex codicibus nunc extantibus antiquae lectiones eruerentur* OMNES (37) — vide

---

hos autem testes si quis testibus, quibus in Novo Testamento utimur, non aequiparandos ducit, existimatque veram alicubi lectionem V. T. versionibus omnibus et codicibus, quos habemus, periisse, ex conjectura critica restituendam, quam et Ipse probare videris, ille nec versiones nec codices contemnit, nec adeo, ipsum Kennicottum.

(37) Haec vero non contra Te, sed contra memet ipsum, measque de codicibus Hebraeis spes justo audaciores disputavi, de quibus vide pag. 98. (nunc 25) nec dixi, *omnem spem mihi irritam cessisse*, sed, *non omnes spes*

vide an non haec maligne in me dicta sint, quasi *ipse ego* tam ingenti spe animos eruditorum frustra pellexissem. Ego certe expectationem adeo vastam, at futilem, nec ipse suscipiebam; nec aliis, ut eam susciperent, auctor eram. Quanquam vero non omnia, *multa* tamen, ope MStorum plana atque aperta factum iri confidebam; multa quoque in MStis reperiri posse, quae, a codicibus impressis discrepantia, Veterum Versionum fidem confirment. Ulteriora nec ipse sperabam; nec aliis, ut sperarent, suadebam. Et si tu minime credidisses, codices MStos nostros omnia et in omnibus acturos esse: nihil opus erat, ut tam flebiliter, iterum iterumque, de codicibus hisce conquereris; p. 99, 101, 108. Quod denique ad me attinet: *multa*, non omnia, ex MStorum collationibus in melius restitutum iri, jamdudum expectavi, et per annos haud paucos pro certo habui: judicent homines vere eruditi, ex Primo Operis mei Tomo. Sed non omnium nostrum diligentia, sat scio, efficiet, ut Textus Hebraeus mendis prorsus careat. Hoc vero sincere affirmare ausim — *utcunque in*

---

spes (meas) *audaciores impletas.* Plane Te non adcusavi, unde et Tua defensio supervacanea, et malevolentiae adcusatio contra me injusta.

in antiquis scriptoribus adornandis Viri eruditi egregiam navarunt operam; tamen in NULLO *unquam libro talem extitisse Variarum Lectionum tum copiam tum praestantiam, qualem in hac mea Veteris Testamenti editione in lucem jam edidi, et in posterum editurus sum.* Quae et ipse, inquam, audacter affero; atque etiam Eruditos (non dicam omnes, sed) fere omnes in meam hanc sententiam serius ociùs concessuros esse, satis confido.

21 X. Tu vero, Vir Cl. ubi de emendationibus agis, vereor ut tibi ipsi parum constes. Illud enim primo statuis (p. 90, 91) quae in Textu Heb. insunt vitia, eorum nonnulla vel remotissimae antiquitatis esse; ita ut non *Codicum MStorum* tantum, sed et *Veterum Versionum*, aetatem superent: recte itaque agere Eruditos, si locis desperatis *ex Conjectura* opem ferre aggrediantur. Jam vero, si illud ex Conjectura agere liceat; multo magis licebit, ubi vel *unicus* tantum codex MStus conjecturae fidem adstruat. Quod tamen video a te ita non probari, ut varias lectiones quasdam penitus improbes, tanquam ex librariorum audacia oriundas; *cujus rei* inquis *indicio est, ex parte, quod illae non nisi in* UNICO *codice MSto compareant.* Pag. 119. (38) Itane vero,

(38) Neutiquam mihi contradico: conjectura

vero, Vir Cl. eorum oblitus es, quae a te dicta sunt in *Epist. Dan.* p. 87 &c? Tantum enim abfuit, ut varia illa lectio, quam tantopere ibi jactas, ideo tibi sordesceret, quia ex *unico* MSto pendet, ut vel absque aliis omnibus MStis admittendam esse statueris (39) *Nec*

---

ctura critica subinde opus esse puto in emendando textu Veteris Testamenti, nec illam, aut singulares codicum lectiones adspernor, idque verbis a Te excerptis professus sum; sed propterea non omnes ex conjectura emendationes aut correctiones librariorum recipio, atque hae mihi suspectae, ubi difficili loco, quem non intelligebant, cuique meliore interpretatione consuli potest, succurrere student. Difficiliorem lectionem, modo sensu non cassa sit, caeteris paribus veriorem plerumque existimo: nec nova haec criticis sententia, sed hic non locus est, de ea copiosius disputandi, quod factum in editione tertia introductionis in Novum Testamentum, paragrapho 48, quem relegens, inprimis p. 295. 296. plenius intelliges, in bibliotheca orientali his, qui ea sciebant, brevius dicta. Correctioni autem loci 1 Sam. XXIII, 25. de quo p. 119. sermo est, quid obstet, eadem in pagina 119 (nunc 45) dictum.

(39) Ne hic quidem dixi, *mihi eam lectionem vel absque codicibus MScr. admittendam*

— *Nec de lectione*, inquis, *multum laboro, aut eam Codicum Versionumve consensu egere puto.* Pag. 223. Eandem quoque (Gram. Chald. p. 133) *lectionem insignem* vocas *et primariam, quae*

---

dam videri, (quamquam id, si dixissem, nihil contra me faceret,) sed, *de lectione varia non multum me jam laborare, quod ea opus non sit, cum ex vulgari lectione eadem exsistat sententia vocalibus modo mutatis.* Non omnes Tui meique lectores habebunt aut ement meas ad Illustrem Pringlium epistolas, ut vero judicare possint, quis Tuus sit mos verba mei citandi, et quam Tibi fidem habere possint, (utinam majorem in excerpendis et indicandis variis lectionibus operi Tuo) verba integra adscribam: "*Nec quidem de lectione Cassellani codicis* p. 88 *proposita multum laboro, aut eam codicum versionumve consensu egere puto; quod mihi enim tunc cum primas ad Te literas darem, in mentem non venerat, id postea vidi, ex consveta etiam et vulgari bibliorum impressione* שבעים שבעה, *eandem prodire sententiam, quam lectio Cassellana fundit, modo his punctis instruantur,* שִׁבְעִים שִׁבְעָה." Hoc Tu semper more excerpere soles, voluntatis morbo, an alio? non inquiro; licet posterius credam.

quae totum illud vaticinium (Dan. 9, 25) *desperatum mihi antea, nova luce perfudit.* De alia etiam lectione, ex uno tantum codice petita, similiter praedicas, in *Epist. Dan.* p. 207 — *non possum non eam Masoretica lectione habere veriorem.* Quibus et haec adjicis, p. 210 — *Vix insignius exemplum reperiri posse autumem, ostensuro in codicibus Heb. latere lectiones, dignissimas quae eruantur; nec aut supervacaneum laborem suscipere communem amicum, Kennicottum; aut Britannos, falsâ spe et inani delusos, sumtus liberaliter impendere.* His omnibus denique addenda est (et res agitur omnino gravis) tua sententiae hujus defensio; pag. 102, 103 — *Quod enim opponi lectionibus codicis Casselliani et Kennicottiani anonymi potest, non nisi in* UNICO *adhuc libro MSto repertas esse, id contra caeteras quoque valet:* 22 *ut, aut simplici fide, lectio masorethicae editionis retinenda, aut ex aliis,* SINGULOS *modo adhuc testes habentibus, una sit eligenda.*

XI. Saepenumero, pro ea quae in te est de Opere meo summa solicitudo, nonnihil suspicari videris, eos, qui mei gratia codices contulerunt, non ea semper diligentia usos esse, quae ad *literas figura affines* a se invicem distinguendas omnino adhiberi debet: vid. pag. 75, 86, 92, 106, 111, 113, 115, 116, 126, 128. Sed haec omnia, ad invidiam dicta licet, nihil

oportet morari. (40) Fieri quidem potest quam facillime, ut hac de causa nonnunquam erratum

---

(40) Iterum responsione non opus, sed hac una petitione, ut si qui non dedignentur in lite non magni momenti, pulveris aliquid ciente, arbitri sedere, relegant, quae locis a Te citatis scripsi, huc redeuntia.

1) mihi non videri, ullum codicem prima atque adeo secunda collatione *totum* exhauriri, idque exemplo editionum criticarum Novi Testamenti, Stephanicae, Millianae, Bengelianae, Wetsteinianae constare, in quibus nova ejusdem codicis collatio aliquid spicilegii habet.

2) in posterum ergo et codices a Te excerptos denuo consulendos esse, forte et secundum totos excerpendos, ut in Vetere Testamento aeque plena nanciscamur excerpta critica, atque habemus in Novo.

3) Iterum inspectis codicibus ad examen revocari posse collectanea Tua, quod

4) antequam fiat, non posse certam de illis, sententiam dici, diligentiamque eorum, qui conferebant, nec laudari, nec adcusari.

5) Loca selecta obiter indicavi, in quibus id fieri possit.

6) His

tum fuerit. Similes enim literae, quae in codicibus *impressis* confusionem facile patiuntur, multo magis in *MStis* oculorum vel intentissimam diligentiam effugere potuerunt.

Ego certe, quod potui feci: non intermisso usus studio, *ne fiant errata*; at si quae humanitus acciderint, *ut corrigantur*. Collatoribus meis tradidi *regulas conferendi* accuratissimas: quas, apud te quidem pro *imperiosis* habitas (p. 126) et ab aliis collatoribus fugil-

---

6) His tamen ipsis in locis si erratum esset, non in Te culpam contuli, sed sive in eos, qui Tuo aere codices conferebant, sive in communem sortem humanam, erraudi, aliquid non videndi, ac serius venturis spicilegium relinquendi. Non magis Te reum egi, quam Millium adcusamus, qui Wetstenio iisdem ex codices, quos uterque habet, ditissimum reliquit spicilegium.

AD EXAMEN REVOCARI, ipse quidem non vis, antequam tomus secundus prodierit, totaque sit divendita editio: sed hoc, de quo loquor examen post tomum secundum instat, noli ergo in sola EXAMINIS voce, innoxie posita, statim exhorrescere, irasci, ad invidiam missam putare.

fugillatas quasi plus aequo severas, laudabiles omnino et necessarias agnoverunt multi harum rerum periti. Me vero adhibuisse diligentiam, ut *corrigerentur* si quae fierent errata; illud documento erit, quod vel tibi ipsi, Vir Cl. neque fidem caecam adstruerem, neque in verba tua jurarem. Quae enim a te profecta est codicis *Casselliani* collatio, (41) eam, cum mihi mendis scatere visa est, non veritus sum in dubium revocare. Et jure sane hoc factum fuisse, satis testatur altera illa ejusdem codicis collatio; quae si et ipsa quoque ad praeceptorum meorum normam propius accessisset, erraret minus. Si denique, in ipsa Collationis hujus *scriptura*, verba lectu essent faciliora; (42) et si inter *literas similes* paulo accuratius

---

(41) Non a me factam aut scriptam jam saepius dixi, sed ab his, qui Tuo aere codicem conferebant, quorum peccata mihi non imputanda. Vide notam 13.

---

(42) Ad me quid haec accusatio, cum mea manu scriptas schedas nullas acceperis? Artificiumne eleganter literas scribendi me docere volebas eos, qui Tibi conferebant? aut ipsum Tibi excerpta describere? Sed aliquoties jam didici, hanc Tibi a me gratis susceptI laboris reddi a Te gratiam, ut aliena

mihi

us fuisset discrimen: ex celebri tuo codice editio nea accepisset plus profecto et utilitatis et ornamenti.

XII. Haec igitur ea sunt, quibus me impugnare voluisti; quae et singulatim, et etiam fuse, prosequi non gravatus sum. Me e criminationibus tuis evasisse omnino libertum, minime quidem fuit expectandum. Nec quidem rem ita fieri posse, cito concessuris es; nisi et hoc quoque agam, ut non me solum sed et *re ipsum noscas*. Nunc igitur illud sum susceperturus, ut certiorem te faciam — quam minime in alios Aristarchum agere eum oportet, qui et ipse Aristarcho non parum eget correctore. Intueri igitur ne dedigneris, Vir Cl. catalogum *errorum*, non dico omnium, quos in se habet *brevis haec tua* de Opere meo *critica Censura*: recitentur, suo paginarum ordine.

Pag. 84. (Error primus.) Quod meum codicum catalogum, qui ad *Deuteronomium* spectat,

---

mihi vitia imputes; jam et scriptionem non satis limpidam aut utrinsque, aut Anonymi. Meas certe hucusque literas legere potuisti, ut ex crebris Tuis earum excerptis paret: alii si male scribunt, noli mo reum agere, docti eo non obstante viri esse possunt, *doctos* enim *male pingere* est certe apud nos in proverbio.

spectat, ad universum *Pentateuchum* spectare dixisti — illud ipse postea vidisti mutandum esse: *incuriam illam*, inquis, *a festinatione nimia ortam esse.* (43) *Veniam petis* etiam, si peccaveris, ubi de citationibus agitur numericis; quia *numeros non sapis*: p. 129. Ve-

niam

---

(43) Hunc errorem cum ipse indicassem et emendassem, speranda, non a lectoribus solum, sed et ab irato adversario ignoscentia. Ut tamen intelligant lectores, qua de re agatur, cum in versione latina (p. 12) errorem indicaverim quidem in nota subjecta, atque emendarim, sed eam ipsam ob caussam, in fine enarrationis p. 129 (nunc 54.) omittenda esset excusatio et emendatio erroris jam antea correcti, haec ipsa quoque, quae ibi germanice leguntur, latine vertam:

„*Finem faciens enarrationi, deprecor,*
„*si quid erroris commissum, quod accidere*
„*facile poterat, numeros* (Kennicottianos)
„*non intelligenti.* — (Hoc est, quod Kennicottus vertit, *numeros me non sapere*: quod ipsum forte nemo intellexerit quid significet.)

„*Video etiam errorem obrepsisse festinan-*
„*ti, quem statim corrigam. Codices p. 84.*
„*numerati non sunt Pentateuchi, sed Deu-*
„*teronomii. Ergo sic habe &c.*

niam sane, quam petis, a me facile acceptam feres: neque res ipsa tanti est momenti, ut in ea diutius immorari velim. Memineris tamen, veniam et dandam et petendam esse: nec aequum foret, ut quam tu in exigua opella indulgentiam veniamque petiisti, ego non illas in ingenti Opere possem vindicare. (44)

Pag. 93, 96, 97. (Err. 2.) De *tempore* eo, quo Masoretae notas suas scripserunt marginales, loqueris, non secus ac si *unica* esset et *certa* aera, (45) sed a nobis *valde remota* — affir-

---

(44) Ego vero ubinam veniam, siquid in opere Tuo erratum esset, denegavi? ubi non ultro obtuli? his qui Tuo aere conferebant codices, non Tibi, imputandos errores non dixi? ipsaque errata majoribus meritis condonanda? Laudabo etiam, si quos errores a Te commissos ultro indicabis. Promittis in Tomo II. erratorum indicem, hunc non aegre feram. Quid ergo est, cur me admones, veniam non solum rogandam, sed et dandam esse? quam ultro lubens obtuli?

(45) Haec qui scripsit, quae pagina 93, a Te citata (nunc 21) legis, "*nec enim Masora est, ut ita dicam, una et catholica, sed valde diversa, ac Masora Masorae contraria*" quomodo potest in suspicionem venire turpis erroris, de quo nullam vocem miserit:

affirmas, *codicem MStum Hebraeum*, etiamsi ad annos assurgat *mille*, *antiquitate* tamen *Masorae superari* — atque etiam *Judaeos medine aetatis non religiose Masoram observasse.* Sed mira haec omnia: quoniam apud eruditos constat, Masoretas ita non uno eodemque tempore vixisse, ut etiam multis saeculis alii ab aliis disjuncti sint. Deinde, quod Masorae, in universum omni, tam remotam tribuis antiquitatem; in hoc etiam graviter hallucina-
24 tus es. Nam, ubi in manus tibi venerit Dissertatio mea Generalis; innotescet, *partes Masorae nonnullas* vel in saeculo *decimo quarto*, vel *decimo quinto*, fuisse adjectas. (46)

Pag.

---

sit: unius et ejusdem aetatis esse omnem Masoram?

Post Masoram scriptos, eaque recentiores codices ubi dico, initia Masorae intelligo, atque hoc volo, scriptos esse codices, postquam jam esse coeperat Masora, legisque instar a quibusdam haberi, ad quam codices a librariis, atque adeo a possessoribus criticisque, corrigerentur.

(46) Sed probabisne etiam, ante seculum decimum nullam Masoram fuisse? Ad hanc antiquiorem Masoram ne descripti aut correcti essent vel seculi decimi codices, i. e. antiquissimi, verebar, non ad recentia seculi

XIV

Pag. 99. (Err. 3.) Ad *Genes.* 2, 24 — *legitur*, inquis, שניהם *in codicibus Samaritanis omnibus.* Ego vero in nullis vocem ita legi arbitror: siquidem de ea nihil variant, quos ego conferendos curavi, codices Samar. MSti pariter atque impressi; in quibus omnibus משניהם legi video. (47) Pag.

XIV aut XV additamenta. Huic ipsi autem timori quid reposuerim p. 97 (nunc 24. 25) videbis. Mecum disputo, non Tecum, dubitans antequam aliquid asseverem. Haecne dubitatio erudito indigna? Summam tandem cogitatorum hanc facio, non omnes omnibus in locis codices ad Masorae legem descriptos esse; quam ipse probare videris.

(47) Scribendum omnino erat משניהם, ubi de Samaritana lectione loquor: sed cum aliquoties antea שניהם ut lectionem citassem aliorum (LXX, Matthaei, Marci, Pauli, Vulgatae, Hieronymi, Syri, Targumi Hierosolymitani, et Pseudojonathanis) huic primariae voci soli intentus, eam repetii, atque ne errorem dissimulare videar, cujus a Te arguor, latine etiam commissum a me errorem verti. Non obloquor, vocabulum שניהם, de quo maxime quaerebatur, habere Samaritanos; sed fateor, distinctius scribendum fuisse! *Samaritani enim codices hoc* שניהם, *et quidem*

Pag. 101. (Err. 4.) *Gen.* 29, 33 — male, pro 29, 32. (48) Leve quidem illud et exiguum

---

dem praeposita Mem litera, משנרהם, *unanimiter habent.*

(48) Lapsus typographicos auctor libri praestare nequit, quippe a quibus liber nullus immunis: ego vero ne correctionem quidem schedarum typographicarum in me suscipio, sed id primum cum bibliopola paciscor, ut suo aere conducat, qui eas recognoscat. Goettingae quae imprimuntur, ante evulgationem semel perlego, non numeris (quos recognoscere correctorem volo) sed verbis Hebraicis, erroribusque sensum turbaturis, adtendens: plus facere nec per temporis rationes, nec per oculorum imbecillitatem licet. Caeterum hic Te ea relegere velim, quae pagina 122 (49) de correctorum typographicorum per Germaniam negligentia scripsi: non sunt hac parte scriptores nostri aeque felices, atque vestri, quod in Britannia multo diligentiores sunt typographi. Hinc factum, ut ex meis libris nullus sit a vitiis typographicis immunior, quam qui Londini typis descriptus est, *epistolae ad illustrem Pringlium.* In his, qui sub meis oculis Goettingae imprimuntur, non pauca a me correcta tamen typographum non emendasse vidi. Haec, haec, officina-

rum

um aliis videri potest; tibi non ita: qui, ubicunque de Numeris agitur, accuratissimam soles expoſcere diligentiam. (49)

Pag. 102. (Err. 5.) Hic loci tibi placet citare *partem* 9, *pag.* 203, in *Bibliotheca* tua *Orientali.* In ea etenim tuos hortatus fueras lectores, ut meam *Geneseos* collationem, non tunc temporis editam, poſtea ſcrutarentur; inveniendi cauſa, num in quibusdam codicibus non legeretur המחה (*Gen.* 39, 20) pro המחר. Nunc vero, collatione mea inſpecta, affirmas — המחר *non omnino a me notari*; quod de omnibus lectionibus, Samaritanis pariter ac Hebraeis, dictum ſit neceſſe eſt; quia Sama-

---

rum typographicarum per Germaniam labes, quam Te tutum praeſtet a repetita Tui operis editione, (quam me quoque putas moliri) pag. 122. 123. dixi.

(49) Iterum male me citas, ut omnes videbunt, qui paginam 122 (nunc 48. 49.) relegent. De opere loquor, *quod totum numeris abſolvitur, cujusque omnis ex numerorum veritate pendet utilitas:* non de aliis libris, in quibus ejusmodi in numeris lapſus typographicus, ut ipſe ais, *leve* eſt et *exiguum* erratum, facile a lectore emendandum, citatam vocem evolvente, nec in verſu 33 ſed 32 inveniente. Quod meis verbis addis, UBICUNQUE, ubinam legiſti?

Samaritanos nunquam non soleas citare. Ego vero affirmationem hanc demiror. Quum vox ista הסחר in commate hoc bis compareat: ubi primum occurrit, הסחר in 1 cod. Hebraeo, et MStis Samar. XI reperiri monui; ubi secundo, in MStis Samar. X extare. Ad commata etiam 21, הסחר in MStis Samar. IX extare, annotavi; in VIII vero, ad commata 22 et 23. Haec tamen omnia, quomodo te, Vir Cl. latere potuerunt, prorsus non intelligo. (50)

Pag.

---

(50) Hic vero errorem non solum fateor, sed et lubens agnosco, gratiasque ago, quod indicasti. Quod cur faciam ut lectores intelligere possint, latinam adjicio eorum versionem, quae anno 1775 in Parte IX. bibliothecae Orient. p. 203. de הסחר scripseram: *suspicor, vocabulum potius per Chet,* הסחר, *scribendum esse.* ܣܚܪܐ *Syris est,* PALATIUM, CASTRUM: *intellexerim ergo aedes seu castrum praefecti praetorianorum militum, in quo et carcer publicus. Necdum tamen certi quid assero, sed dubito: judicare enim non licet, antequam Kennicottiana codicum Hebraicorum excerpta prodierint.* Hanc meam conjecturam tot a Te productis testibus, Hebraeo codice uno, pluribus Samaritanis, confirmari, non potest non mihi esse gratissimum:

Pag. 103. (Err. 6.) MSS 108 — male pro 103. (51) Vide tuam ipsius observationem, p. 129.

Pag.

---

simum: nosti enim forte, suas criticum conjecturas paterne amare, sibique gratulari, si in codicibus reperiantur, quod raro accidit.

Haec autem tam mihi grata futura, quomodo oculos meos fugerint? si quaeris, festinatione et angustia temporis peccatum est. Statim in initio enarrationis praefatus fuit, die demum octavo Septembris biblia Tua mihi allata esse, instantibus nundinis librariis, quae festinare me cogebant: his enim nundinis libri nostri prodeant necesse est, quod ni fiat, damnum non mediocre facit bibliopola suis eos sumtibus describens. (Quae omnia apud Vos in Britannia alia.) Hanc ob caussam valde festinanti accidisse arbitror, ut cum הסהר posterius meis se oculis offerret, ad quod sola lectio הסורה notata erat, amplius non quaererem, Samaritanas autem lectiones varias non inspicerem, quod ibi insignem adeo lectionis varietatem non sperarem, quam in textu Samaritano me non invenire memineram. Est erratum festinationis: cui necesse erat, pauciores intra dies biblia Tua enarrare, quam Tu annos illis edendis insumseras, ab illo aliquid aliquando errari, non mirum.

Pag. 104, 105. (Err. 7, 8, 9, 10, 11.) Septem ipſe locos excitaſti, in quibus codicis *Caſſellani* auctoritas ab aliis codicibus *adjuvatur*; ſeptem quoque, ubi codex ille aliis *deſtituitur*. Utramque ſeriem, a te concinnatam, ſubjicio.

25 *Adjuvatur* [Codex Caſſ.]			*Deſtituitur*		
Geneſ.	8, 19 -	1 MS.	*Geneſ.*	8, 19 -	omnino.
——	31, 49 -	1 MS.	——	15, 5 -	omnino.
Exod.	24, 13 -	3 MSS.	——	37, 24 -	omnino.
Levit.	11, 3 -	8 MSS.	——	43, 3 -	omnino.
——	18, 25 -	35 MSS.	*Exod.*	18, 6 -	omnino.
——	26, 31 -	22 MSS.	*Levit.*	11, 3 -	omnino.
Num.	14, 31 -	32 MSS.	——	17, 13 -	omnino.

Primum itaque — codices, qui cum codice Caſſellano ad *Lev.* 18, 25 conſentiunt, ſunt tantum 34, non 35 — ad *Lev.* 26, 31 ſunt 21, non 22 — et ad *Num.* 14, 31 ſunt 31, non 32. En vero phaenomenon prorſus novum! Nam et *Gen.* 8, 19 (de eodem verbo למשפחתם) et *Lev.* 11, 3 (de eodem verbo שרתי) in *utraque* ſerie locum habere voluiſti. Itaque, ſi tibi fides hic ſit habenda — codex Caſſ. in altero

---

(51) Lapſus typographi, 8 pro 3 legentis: quo de errorum genere vide notam 48, et de Tua citatione meorum verborum, plane alia de re agentium, notam 49.

tero horum loco *unum* sibi consentientem habet MStum, et tamen *ne unum* quidem — et, in altero loco, *octo aliis adjuvatur*, heu! tamen *ab omnibus destituitur.* (52)

Pag. 105. (Err. 12.) Ex quinis emendationibus, quas p. 241 citatas dedisti, *in Opere*, inquis, *Kennicottiano agnosco unam tantum* (ad *Num.* 4, 32) *in qua codex num.* 157 *unice alle-*

---

(52) In loco Genes. VIII, 19. insignius vitium typographicum commissum, repetito qui antea legebatur numero, a lectore tamen, qui, ut petieram, ad manus habet secundam bibliothecae orientalis partem, cujus varias lectiones comparo cum Tuis, non difficulter corrigendum: nempe ex ejus pagina 211. rescribendum Genes. VIII, 21. ubi sub solo Cassellani codicis numero in bibliis etiam Tuis invenies אשר.

Alter error, Levit. XI, 3. bis posito, mihi imputandus, meaeque est manus, in his, quae mihi excerpebam, aberrantis, atque Levit. XI, 3. alieno loco, in ea columna, quae singulares habebat Cassellani codicis lectiones, ponentis. Humanum est, lapsus quoque manus obrepere scribenti, maxime, ubi festinandum. Hunc ergo errorem emendari velim, licet eum latine transtulerim, ne dissimulare viderer.

allegatur, nullo alio adhibito testimonio. Quid, igitur, Textus Samar. iterum oblitus es? (53) Illa enim emendatio in illo diserte legitur. Et quandoquidem nihil ibi variant MSti Samaritani; hi etiam omnes cum lectione ista concordant. Videor enim *horum* omnium testimonia dilucide satis attulisse; cum eos a *Textu* Samar. nihil discrepare ostenderem.

Pag. 105. (Err. 13.) Nimium fortasse erat, ut ter in una eademque pagina incuriae te ipsum

---

(53) Non vero oblitus sum textus Samaritani, sed superfluum mihi videbatur, iterum dicere, quod in Tomo II bibliothecae jam dictum erat. Hanc ut in manu haberent compararentque, si qui me non legere solum sed et intelligere vellent, petieram: ejusque in pagina 241. (ea ipsa, quam Tu citas, adeoque legisti) Samaritanum his jam verbis indicaveram: *huic correctioni concinunt, Samaritanus textus et LXX.* Hic vero Tuus candor est, ut, qui vel vitia typographica bibliothecae Orientalis, Tomique adeo secundi, summa diligentia conquiris, id quod hic scriptum erat dissimules, faciasque, me de Samaritano tacere, ejus oblitum, certa fiducia, cives Tuos plerosque, aliosque exteros, librum germanica lingua scriptum non lecturos, quod non intelligant.

suim arguas. Itaque, quanquam ipse fatearis — *Gen.* 15, 15 pro 15, 5 — et *Num.* 4, 33 pro 4, 32 — perperam scripta esse: illud tamen dissimulas, te mutasse *Lev.* 17, 10 in 10, 17. (54) Pag.

(54) Vitia sunt typographica in Tomo II admissa, quorum duo indicabam, tertium tacitus emendabam, non dissimulabam, cur enim dissimularem vitia non mea? Ipse indicem promittis vitiorum typographicorum Tomi I. bibliorum Tuorum, secundo subjungendum: justene aut aeque Tecum agi putares, si quis Tomi secundi enarrator haec omnia vitia typographica ea cura numeret, qua Tu mei typographi lapsus, eosque TIBI ut totidem errores imputaret.

Forte hucusque nunquam ita de lapsibus typographicis, atque adeo de calami manusque lapsibus disputatum inter eruditos est, ut Tu minus ingenue disputas: ergo de toto hoc erratorum typographicorum crimine scito, si quem reum agere, si indicem omnium per omnes tomos bibliothecae Orientalis sphalmatum typographicorum dare velis, non mecum litigandum, sed cum typographo, *Friderico Andrea Rosenbusch*, patre, et *Joanne Georgio Elia Rosenbusch*, filio, quorum hic schedas quoque typographicas emendat, idque ut facere possit, praeter linguam Latinam (quid

26 — Pag. 106. (Err. 14.) De voce וקרקר ad *Num.* 24, 17 — *quid ergo*, inquis, *an ne unum quidem Kennicottus hic loci codicem attulit, in quo* וקרקר *comparet; quemadmodum ad Jerem.* 48, 45 *legitur?* Respondes, nimis confidenter — *ne unum quidem, neque Hebr.*

---

ergo hic scribam ipse intelligit) Syriacae etiam atque Arabicae aliquid didicit. Magno sibi honori ducent, tali tamque celebri *inclarescere* adversario: respondebunt, nullum librum, ne editiones quidem sic dictas mirabiles, sine vitiis esse, fatebuntur, vitiosiores esse editiones germanicas quam Britannicas, quod parum mercedis illis emendandis impendant bibliopolae, ex sua autem officina quae prodeunt, correctiora plerisque aliis esse; saepenumero autem accidere, ut una ejusdem libri plagula, in qua forte festinatum, plura reliquis habeat sphalmata, idque plagulae ultimae Tomi II accidisse, ex qua haec tria sphalmata citas, nec hanc plagulam in sua, sed in aliena officina descriptam esse. Quod si autem lapsus meae manus in scribendo accusas, res quidem mea agitur; sed labi aut errari nesciam manum non habeo, speroque lapsus manus facile scriptori condonaturos eruditos, qui idem et sibi accidere meminerint.

Hebr. neque Samar. — *mirum vero esse, ne in uno quidem codice variam illam, quae in loco parallelo extat, lectionem asservari; si modo codicum Collatores Kennicottiani suis ipsorum oculis uti potuissent, ut* ר *a* ך *distinguerent!* Ego profecto suspicor, eos recte omnia, te vero nihil prorsus, hic vidisse. Sed tamen facile erat te didicisse — *quae a se invicem non discrepant, ea ut consentiant necesse esse.* Vide igitur num hoc, jam demum a me edoctus, satis intelligas — ubi sc. in editione mea MSti Samar. a Textu Samar. discrepantes nulli citantur, eos cum Textu Samar. consentire. Variam vero lectionem, quam ipse in *Jeremiae* loco (quem *parallelum* vocas) tantummodo agnoscis, aperte in *Textu* Samar. comparere agnoscas necesse est. Scias igitur, et in *MStis* etiam Samar. illam comparere; quandoquidem nulli ibi citantur, a Textu Samar. discrepantes. Non erat itaque quod querereris, vocem istam וקרקר nullo, neque *Hebraeo* neque SAMARITANO, codice confirmari. (55)

Pag.

---

(55) Errores quos commisi, lubens fateor. Quod ergo dixi in Samaritanis quoque וקרקר non inventum, in eo erravi, immemor, ipsis me bibliis meis Hebraicis consensum textus Samaritani adnotasse. Fateor etiam

Pag. 108. (Err. 15.) Ad Deut. 32, 35 — LXX, inquis, לימם *pro* לי *legunt: Kennicottus autem nihil hic attulit.* Immo, multa quidem; Textum sc. Samaritanum, atque codices illius MStos. (55)

Pag. 110. (Err. 16.) Quae de MStis Houbigantianis dixisti, eos a me non allegatos fuisse, prius notavi. (56)

Pag. 112. (Err. 17.) 1 *Sam.* 6, 19 — male, pro 6, 18. Vid. ad errorem 4. (57)

Pag. 114. (Err. 18.) Hoc etiam antea animadversum fuit; non והוה, sed והוה, tres codices MStos exhibere: vid. pag. 11. (58)

Pag. 114. (Err. 19.) Houbigantius, inquis, אלוהם in *omnibus* codicibus suis deprehendit. Ipsius autem verba haec sunt — *praeterquam in uno.*

27 Pag. 118. (Err. 20.) Ad 1 *Sam.* 19, 17 variam inquis lectionem extare; quae, licet falsa, tamen notatu digna sit. Video autem illam,

---

iam ad Deut. XXXII, 35. non omittendum fuisse textum Samaritanum, sed ita scribendum: - - Rsp. o. *nisi quod textus Samaritanus, jam antea notus, sine varietate lectionis ita habet.*

(56) Vide notam 15 et 16.
(57) Vide notam 54.
(58) Vide notam 18.

illam, non ad 1 *Sam.* 19, 17, sed ad 1 *Sam.* 18, 27, satis longo quidem intervallo, extare. (59)

Pag. 120. (Err. 21.) Egregie te hic falli, nullus dubito; dum concedis, *me Viris Scepticis os obturasse, probando — codices nostros MStos nihil in se habere, quod a Textu Impresso* ESSENTIALITER DIFFERT. Hoc est profecto, quod ab iis facile dici patiar, qui in *Textu Impresso* omnimodam esse *perfectionem* pertinaciter affirmant; quod tamen a Te, Vir Cl. dictum iri minime putavi. Te vero, eodem modo mire loquentem, fas sit rogare — quid per *Differentias essentiales* intelligis? Nonne putas, et Voces et Literas quoque singulas, quae ad sacros codices revera pertinent, esse sacris codicibus *essentiales*? Si res ita se habeat; tum *omnes et singulae variationes* sunt *essentiales Differentiae*. Sin eas solum *essentiales* esse arbitraris, quae sensum ipsum, et in rebus momenti, dant immuta-

---

(59) Vitium, de quo vide notam 54. Quantum recordari possum, haec de 1 Sam. XVIII, 27. serius scripta erant, transponenda cum praecedentibus, quod cum non animadverteretur, praecessisset atque jam citatum ex c. XIX. ad hoc caput, omisso numero XVIII. versus, ipse quoque male positus, relatus.

mutatum; et affirmare vis, OMNINO NULLAS ejusmodi variationes in codicibus *noſtris* extare: — Unde, Vir Cl. deduxerunt originem *tuae* de *Danielis* vaticinio *Epiſtolae?* Unde, quaeſo; niſi ex Variis Lectionibus, quae in noſtris extant codicibus? Heu! male quidem congruunt haec de *nullis* Variis Lectionibus eſſentialiter diverſis, et de eſſentialiter diverſis *binis iſtis* a te ad coelum usque evectis — altera ſc. e *codice Caſſellano* deſumpta altera e *Kennicottiano anonymo!* (60)

Cum

---

(60) Video, ea, quae pag. 120. (nunc 46) ſcripſi, a Te non intellecta eſſe, culpa forte interpretis, cum ipſe germanica legere non poſſes. *Eſſentialiter diverſa*, inuſitatum latinis, indeque obſcuriuſculum, ſeu, ut Tu dicis, vix intelligendum, unde et in verſione latina hoc vocabulo abſtinui, ſententiam aliis verbis reddens: at, *weſentlich verſchieden*, et vero ſenſu theologico, ſatis tritum Germanis, nec obſcurum. Literalem tamen adjicio verſionem germanice ſcriptorum, ut ex ipſo filo orationis intelligas, quid *eſſentialiter diverſum*, ſignificet: *certe jam nemini ex adverſariis religionis licebit, objectionem repetere; non comparatos eſſe codices Hebraicos, qui alia forte omnia quam textus impreſſus* NEQUE *habeant* ESSENTIALITER DIVERSAS.

Cum autem eo usque deductus fuerim, ut de *Differentiis essentialibus* (phrasi vix intel-

ligen-

VERSAS. Objectionem propono adversariorum religionis christianae, quorum ex ore *res essentialiter diversae* sunt, aliae plane doctrinae, et a doctrina christiana, quam tenemus diversae, neutiquam lectiones sententiam mutantes, ex quibus melior forte atque expeditior sensus prodit. Ejusmodi doctrinas religioni contrarias, fidemque christianam aut mutantes aut evertentes, in Tuo opere non inveni, idque mihi fidem facit, nec in codicibus Hebraicis latere, quo, ut suspicabantur adversarii, labefactari doctrina christiana et ad figmenta sacerdotum ablegari possit. Ut aliis verbis dicam, *essentialiter diversae res*, sensu dogmatico accipiendae, non exegetico. Sic de Novo Testamento, cujus gravissimae sunt lectiones variae in locis insignibus, ut Act. XX, 28. 1 Timoth. III, 16. praedicare solemus, nihil Milliana aut Wetsteniana collectione contineri, quod vel unicum caput doctrinae christianae labefactet aut mutet, magnumque praestitisse religioni christianae cum Millium tum Wetstenium, quod certius jam nobis de doctrina christiana constet, nec vanis suspicionibus locus sit relictus. Vide, si placet, tertiam editionem introductionis meae

in

ligenda) aliquatenus tecum versarer; fas sit subjungere — me per plures annos, de hoc ipso argumento, a detractatoribus haud paucis tractatum fuisse malevolentissime. In prima enim Dissertatione mea anno 1753 edita, cum dixissem (p. XI) — *me opinari, Variationes, ex Textus Heb. corruptione ortas, in iis esse* UT PLURIMUM *locis, qui* NON DIRECTE *ad Fidem vel ad Officia hominum spectarent:*
28 haec, inquam, cum dixissem, vidi ea ab adversariis in aliam plane sententiam mirifice detorqueri. Quod enim ego *ut plurimum*, et *non directe*, dixeram, ex consulto omiserunt. Ita ut jam non viderer illud, quod res erat, dixisse;

---

in Novum Testamentum, p. 259. 261. ut me plenius intelligas. Idem ergo et de Tua editione V. T. dixi, laudator, ut puto: nec suspicor, Te ipsum credere aut credi velle, ullam morum aut fidei doctrinam Tuis collectaneis sive mutari, sive dubiam reddi.

Varias lectiones sensum mutantes me non agnoscere solum, sed et non raro receptis meliores habere, ex illis ipsis, quae allegasti, exemplis paret: ac multo quidem plura illis similia in bibliotheca Orientali, aliisque meis scriptis obvia sunt, ubi varias lectiones sententia diversas explico, nonnullas et consvetis praefereus.

dixisse; sed hoc potius, Variationes *in nullis omnino* extare locis, qui vel ad Fidem vel Officia hominum *ullatenus* spectant. Ex quo sane magna in me conflata est invidia; tanquam ipse, iniqua fraude usus, aliorum piae liberalitati illuderem, et mihimet sordidum quaestum aucuparer — dum sc. fidem facerem, multa atque egregia Religioni ex hac mea Bibliorum Heb. editione subsidia accessura; cum tamen ipse probe rescirem, *nullas* in ea esse Varias Lectiones notatu dignas — *nullas* denique fore, quia a me ipso ita fuerat concessum, *Differentias essentiales*. (61)

Pag. 120. (Err. 22.) Catalogum errorum a te, Vir Cl. in hanc tuam Criticen admissorum,

---

(61) Cum his Tui operis adcusatoribus nihil mihi commune, ipseque adeo ex illo excerpsi lectiones varias graves ac sententiam mutantes. Quod si illi forte Anglice hac phrasi, *essential difference*, usi sunt, aliud dixerunt, quam ego verbis germanicis, *ganz andere wesentlich verschiedene Dinge*, quae nollem latine reddi, *differentias essentiales*, ipse enim fateris, hanc phrasin vix intelligi posse, nec est latina. Lingua germanica et Anglica non eadem vocum significationibus, nec ex Vestro *essential* nostrum *wesentlich* ut prorsus synonymum explicandum.

rum, hisce tuis insuper verbis jam claudam — EX IIS QUÆ JAM IN MEDIUM PROTULI (in hoc sc. libello) *patere, quaenam demum futura sit Editionis Kennicottianae auctoritas pariter atque utilitas:* de qua affirmatione, ignoscas, si dixero — *hunc* esse *errorem* tuorum omnium errorum, uti confido, *maximum.* (62)

Ego profecto Defensioni meae jam tandem finem facio: in qua quidem satis videor meae ipsius existimationi consuluisse; atque ab invidia illa, qua me opprimendum, voluisti, securus omnino discedere. Criminationibus enim istis meipsum facile expedio, ubi et cuncta plane falsa sunt; atque etiam qui me harum omnium reum in judicio sistit, ipse in plerisque videtur penitus errasse. Itaque per Te, Vir Cl. tuamque operam, *Triumphum* agit

Tomus

---

(62) Relege verba, et statue, sitne hic errorum meorum maximus? nec enim defendam, licet putem, ex meis excerptis constare cuivis posse, lectiones majoris etiam momenti, atque sententiam mutantes, a Te allatas ex codicibus esse, eosque, de quibus vix dum querebaris malevolos et imperitos adversarios refelli.

Tomus Operis Mei Primus. (63) Neque enim illud in exiguam famam cessurum est; quod ne

---

(63) Triumphum vero, non ante victoriam modo, sed et ante pugnam atque adeo velitationem: ego enim statim in initio praefatus sum, nondum me de libro Tuo judicare posse, cum ob temporis angustiam, tum quod mysterium Tuorum numerorum ignorarem, quo ipso mysterio Te usum dicis, *ne posset opus Tuum ad examen revocari.* (pag. 6. nunc 62-67) Antequam ad examen revocari posses, necdum adcusatus, absolutus jam Tibi videris, securusque discedere.

Fuerunt tamen alii, qui libro Tuo paulo diutius usi, quam mihi per nundinas librarias licebat, seriusque sententiam dicentes, judicare auderent, judicarentque severe. Aliqui etiam risu exceperunt, quorum voces a me Te rescire non decet. Serias autem adcusationes, plerisque graves visas, habet enarratio operis Tui in epheмer. Jenens. literar. mense Decembri anni 1776 scripta ab Eichhornio, professore linguarum Orientalium in academia Jenense, eodem, quem mihi ante VI annos fragmenta codicis Hebraici conferenti opitulatum esse, ex bibliothecae orientalis T. II. p. 198. forte recordaris. Hic ergo ausus est, quod non audebam, opus Tuum

ante

ne Tibi quidem ipsi, Vito harum literarum peritissimo, tamen ne Tibi quidem, inquam, in tanta Operis parte, vera obtrectationis materies oblata est. Quin et gratias insuper summas ago, quod, de *tua* fama nihil solicitus, *meam* quoquo modo augere voluisti: *Kennicotto* (sicut ipse olim locutus es) *iniquus scriptor gratiam illi apud lectores, sibi invidiam, conciliat; si quando in manifesta deprehenditur injuria.* Relat. fasc. XI, p. 88; 1754.

Quidnam vero in te, Vir Cl. admisi faci-
mus? Existimaveram profecto, pro mutua inter nos amicitia, alia omnia a te factum iri; te tamen adeo mobili in me animo fuisse minime ratus sum. (64) *Causam* tantae tuae acerbitatis ne conjectura quidem assequor. Diutius forsi-

---

ante editum tomum II. ad examen revocavit, deque illo judicavit. Hac una operis Tui enarratione, in qua adcusaris, Te carere nolim, ne me, qui Te non adcusaveram, (nisi quod mysterium numerorum ingratum dixeram lectoribus) magna vi conviciorum repulso, ab omni adcusatione jam tutus ex judicio discedere videaris.

(64) Nihil in me admisisti, nec Tibi iratus, aut animo abalienatus, scripsi quae scripsi, sed quod vera putarem. Quod si quid aegre tuli, nota ea indicavi.

forsitan silentio velabitur, quam *Numeri* mei quos vocas *mysticos*; diutius quoque, quam *Sercetum* illud tuum, tenebris adeo horrendis involutum: pag. 94. An haec omnia ideo a te facta esse dicam; quod tibi in iis, quae de codicibus per *descriptionem* citandis tantopere suadebas, non obtemperatum est? Verum tamen eo homine *nunquam quidquam injustius, qui nisi quod Ipse fecit nihil rectum putat.* An quia illud quoque nolui, quod plus vice simplici flagitabas; ut sc. singulas tibi *Operis mei schedas*, ubi primum ex prelo exirent, singulatim tibi mittendas curarem? An quia codicum *Erfurtensium* Collationes, sero oblatas, a me recusandas censui? Quod si neque horum unum quicquam, neque omnia conjunctim in causa fuerunt, cur me calumniis opprimendum velles: quid aliud dicam, nescio. Fortasse enim arrogantiae arguar, si me meosque in Opere hoc labores ideo tibi minus placuisse existimem; quod reprehensionibus tuis non satis ampla materies oblata est.

Sed procul illud a te nefas; ut sperares, minus accurate omnia, minus diligenter, a me acta fore: et ubi secus quam sperabas acciderint, ut aegre ferres, tam pulchram tibi peritiae tuae ostentandae occasionem defuisse. Non huc etiam, sed alio, spectent necesse est omnia; quae de Editione mea denuo recu-

denda loqueris — *et alia editione opus esse, et auctiore, et quae pretii quoque constet minoris.* (65) Si tamen ita se res habeat, ut

novam

---

(65) Hic demum video, quid Te urat. Me eum esse suspicaris, qui novam editionem operis Tui moliar. Id vero quomodo suspicari poteras? Ut primum haec nova editio anno 1773 in Germania promissa est, invitatique mei cives, ut nomina darent argentumque pollicerentur, statim ea opposui, quae Tomo bibliothecae quinto, p. 219. 220 legis. Sed et relege, quae in ipsa bibliorum Tuorum enarratione pag. 122-129 (nunc 47-54) scripsi: putasne, ea qui scripsit, qui etiam ut ipse excerpis, monuit eruditos, qua cautione emere debeant novam editionem, ac si non sit, qualis vix exspectanda, argentum reposcere; qui insuper addidit, *vix quemquam ex eruditis tam fore ferreae frontis, ut suum nomen novae editioni praeponat, pignus diligentiae ac veritatis* (p. 123. nunc 49), ipsum novae editionis suscepisse consilium? Tamne me vecordem, tam omnis sensus honoris expertem putabas, ut talia scriberem, ut etiam ab emenda nova editione dehortarer, si ipse novam editionem meditabar? Nemo tam turpem alium sine causa sine ullo rei indicio putat, nisi qui ipse . . . . . , sed reliqua supplerí

novam istam editionem Ipse moliaris; non opus est, ut de me quicquam solicitus sis. Quod enim

---

pleri cogitando velim, quam mea manu scribere. Caeterum crede mihi, vani Te timores turbant, nunquam meditatus sum novam operis Tui editionem, idque si adseveranti credere nolis, nec antea dicta Tibi persvadeant, haec insuper scito, quae omni Te metu liberabunt, me omni suspicione.

Sexagenarius sum. Ante decem aut viginti annos de nova editione ne deliberandum quidem dixi, quique eam festinet, aut lucri, aut sui nominis Tuo attexendi cupidine, eum meliorem editionem impedire, reique criticae nocere. Credisne me sperare tot annorum, non dicam vitam, sed valetudinem integram, aciemque oculorum, de quorum imbecillitate ab aliquot jam inde annis aliquoties conquestus sum? Quotidianis legendis sufficiunt, sed non numeris corrigendis innumerabilibus. Ergone putabas opus me moliri, quod octogenarius forte inciperem ac nonagenarius finirem? Ut Tuo verbo urbano et eleganti rem dicam, statimne et *delirare* putas, si quis Tua omnia non probat?

Meorum ne quidem scriptorum emendationem a vitiis typographicis in me suscipio, sed cum bibliopola paciscor, ut alios conducat

enim nonnihil te metuere fateris, futurum eſſe, ut *multa* Editionis meae *Exemplaria* aut empto-

correctores, impatientia partim laboris, partim quod tempus meum melioribus impendi poſſe putem: credisne, me infinitam illam numerorum ſilvam, in qua recognoſcenda nulla eſt animi oblectatio, recogniturum? Id vero niſi fecerit editor ipſe, ſingulae *plagulae* non quinos errores typographicos, de quibus p. 48. dixi, ſed quinquagenos et ultra habebunt.

Fac autem mei me diſſimilem, ferrei laboris patientem, et qualem oportet eſſe correctorem officinarum typographicarum, tempusne ſuffecturum putas, ſi vel XX atque adeo XXX adhuc annos viverem. Tres quotidie aut plures, (ſuperiore hieme quinque) horas praelectionibus impendo, ad quas nunquam ſine praeparatione accedo: quod reliquum eſt ab obambulatione ac colloquiis cum amicis tempus, libris aut legendis aut ſcribendis impendo, quorum multos adhuc debeo. Hora circiter ſeptima ſurgo, ante undecimam cubitum eo. Hic mihi nihil omnino temporis ſupereſt, quod Tuis bibliis recudendis impendere poſſim. De libris autem quos aut promiſi aut paro, haec modo exiſtima atque in

emptores non habeant, aut *pretio* certe *minore* veneant (pag. 124, 125) ego te omni isto

---

in rationes annorum qui mihi superſunt, temporisque refer.

Veteris Testamenti versionem me novam Germanicam cum notis in usum indoctorum edere coepisse nosti: in hac absolvi Jobum, Pentateuchum, Josuam, Judices, Samuelem, Ruth, psalmos, et scripta Salamonaea, (excepto, quod non vertam, Cantico); reliqui ergo omnes, pars longe major Veteris testamenti, post novem annorum laborem superſunt, illisque finitis (si vixero et valuero) succedet versio librorum Novi Testamenti, quos horis subcisivis germanice vertere coepi. Hic pene unus liber omne quod mihi supereſt vitae poscere videtur, maxime cum iteratis editionibus secundas curas adhibeam, ut in secunda editione Jobi, librique primi Mosis, factum, fietque propediem in psalmis. - - *Bibliothecam Orientalem*, cujus quotannis duo Tomi prodeunt, nisi (ut nuper) morbus intercedat, ipse nosti. - - - *Spicilegii geographiae Hebraeorum exterae*, cujus prima pars ante hos novem annos prodiit, debeo adhuc secundam, anno 1779 prodituram, et tertiam. - - - *Introductionem in Vetus Testamentum* multorum hortatu promisi librario,

iſto metu prorſus libero. Neque enim plura quam *Sexaginta* nunc ſuperſunt Exemplaria; ab

---

per partes evulgandam, quarum prima eodem anno 1779 prodibit. - - - *Hebraicam* praeterea *grammaticam*, et uberiorem, et breviorem in uſum tironum ſcribo, poſt aliquot demum annos prodituram. Accedunt editiones iteratae librorum antea editorum, novas curas poſcentes. - - - Cupio inſuper, modo poſſim, duos libros, poſt mortem edendos perſpicuis ductibus ſcriptos relinquere: fidei doctrinam chriſtianam, morumque philoſophicam et chriſtianam, quam, dum vivo, in praelectionibus trado, unde nunc editu non neceſſaria. - - - Haec omnia ut perficere poſſim, vereor: tempus certe mihi non ſuppetit, ad aliena invadenda: et ſi qua aliena aucta edere cupio, Celſii eſt Hierobotanicon, et Caſtelli lexicon Syriacum, diu jam promiſſum, et caſu impeditum.

Et qua vero ductus cauſſa, quid adpetens, Tua, ingratus erga Te, qui magnos labores ſuſcepiſti, invaderem aperte, aut clam ſuffurarer? Gloriaene cupiditate? at multo plus honoris ſua auctori ſcripta adferunt, quorum inopia me non laborare vides, quam aliena editori ea recudi curanti? - - Lucri? id vero, ut nunc adfecta eſt Germania ab iterata biblio-

rum

ab aliis Subscriptoribus, eadem pretii lege, mox (ni vanus auguror) comparanda.

Itaque

---

rum Tuorum editione vix ullum exspectandum, sed potius damnum. Fuit tempus, antequam tomus primus prodiisset, quo ob ingentem Tui operis exspectationem bibliopola Lipsiensis et Anonymus aliquis eruditus lucrum ex Tui operis repetitione sperabat, eamque promittebat: sed huic novae editioni non tot nomina subscripta videntur, ut sumtibus in eam faciendis sufficerent, atque postquam Tomum primum bibliorum Tuorum nacti in Germania sumus, altum est de ea silentium. Sed fac lucri aliquam spem esse, major tamen ex meis libris foret, quam ex editione Tui, quem ob magnitudinem pretii, quo vel in Germania eum constare necesse est, pauci ement. Quod enim apud Vos fit, ut gratum auctori facturus vel, is nomen subscribat dives, qui librum emtum nunquam inspiciet, sed in bibliotheca vestiendis reponet parietibus, ea apud nos inaudita est benevolentia: nec ego divites emendicare subscriptores salva dignitate possem.

Denique memineris, Goettingae me habitare, qua quidem in urbe nec officina typographica Hebraicis literis satis instructa, ita, ut vel grammatica mea chaldaica Lipsiae

Itaque si tu, Vir Cl. novam editionem moliaris; ego quidem ab ea mihimet ipsi nihil

---

excudenda fuerit, quod Goettingae typi desseut, nec correctores, quales bibliorum Tuorum editio poscit, argento conduci possunt, qui enim apud nos literis operam dant juvenes plerumque aut divites sunt, aut ita certe sua sorte contenti, ut ad tales operas conduci exigua librariorum mercede non possint, ac ne multiplicata quidem. Quos in postremis bibliothecae Orientalis Tomis adhibitos vides typos Hebraicos, Goettingensium sunt optimi, sed his biblia lectoribus placitura describi non posse, ipse judicabis, maxime cum Tua editio sit, ut p. 83 (nunc 11) praedicabam, elegans: nec ea est hic typorum copia, ut vel unam plagulam Hebraicam typographus describere queat. In Germania si nova editio bibliorum Tuorum editio tentari possit, Berolini, Lipsiae aut Halae tentanda, quibus in urbibus me non habitare nosti. Sed, ut dixi, nihil Tibi jam ex Germania metuendum videtur: a Batavis bibliopolis novam editionem parari audio, sed forte et hic metus subsidet. Oxonii, seu ne a Tuis verbis aberrem, *in Oxonio velles me paullisper versari* (p. 31) Ibi certe liceret typographeum ita instructum videre, ut nostra sordescerent. Sed jam vidi, cum

ante

hil metuo; nonnihil fortasse tibi. Acerrima enim illa oculorum intentio, qua ne in literis *similibus* aliquid peccatum sit, cavendum est, vereor omnino ut Valetudini Tuae in melius cedat. Quandoquidem et ipse inquis (Epist. Dan. p. 104) — *Hebescunt enim oculi*, MEI CERTE, *quando totos dies ejusmodi labori damus; hebescit diligentia.* Nonnihil etiam de Viris eruditis solicitus essem, qui editionem tuam pretio emturi sint; nisi quod ipsos, a te aperte praemonitos, facile cavere posse video. Naim, ut ut illam sibi in manus tradi voluerint Variarum Lectionum novam supellectilem, quam apud te asservari, neque mecum a te communicatam esse noverint: meminerint tamen haec duo a te ipso palam dicta fuisse — neque *hebescentes oculos* in literis *similibus* distinguendis satis valere — neque *Typographis Germanis*, ubi de *Numerorum* notis agitur, fidem (te judice) esse adhibendam. Pag. 123; et 94, 126, 127. (66)

Mul-

---

ante XXXVIII annos Oxonii essem. Corrigendi autem munus in officina typographica nunquam suscipere velim, alium et sedentarium magis hominem poscens.

(66) Haec ipsa, quae citas, dicta, argumento sunt, me de nova editione non cogitasse.

Multum vero abest, ut novae isti Editioni,
31 si eam tu Vir Cl. adornandam suscipias, ipsi se moram aliquam objiciendam velim. Et quanquam tibi gravis omnino videtur ista, quam in Editionem *meam* erogasti, QUINQUAGINTA *thalerorum* praenumeratio; ego tibi non quinquaginta tantum, sed et QUINGENTOS ultro polliceor; hac tamen lege, ut quoties in Opere isto Ipse deliqueris, singula *errata* singulis *thaleris* redimantur, meas in manus iterum solvendis. Cum autem hanc novam editionem eo nomine eruditis commendatum iri oportet, quod illa non solum mea *auctior* futura sit, sed et *errorum emendationem* praebitura; neque vero ipse vel minimum quidem errorem adhuc expiscatus es: non ego gravabor, editioni tuae inserviturus, unum saltem errorem ultro prodere. Scias itaque, in nota ad *Lev.* 17, 13 וישרך pro ושרף perperam imprimi: quod tamen erratum a te non omnino animadversum fuit, (67) etsi de

(67) Ergone et volebas, pro Tuo more vitia typographica exagitare, ubi ex meis excerptis codicis Cassellani certus esse poteram, non nisi erratum esse, sive calami, ab illo commissum, qui Tibi lectiones Cassellanas describebat, sive typographi? Sed, crede mihi, si vitium typographicum adcusassem, non solum

de codice ibi agatur *Casselliano*, et non solum in *hanc notam*, sed et in *hanc ipsissimam vocem*, ipse tuos oculos intendisses. Pag. 105; comp. par. 2, p. 213.

Vellem profecto, Vir Cl. ut in *Oxonio* mecum paulisper versari posses: modo illud sine magno tuo incommodo, et incolumi dignitate, fieret. Vellem, ut Brunsianis meisque laboribus non interesse tantum, sed etiam aliquam Operis nostri partem, in Tomo 2do promovendo, ipse suscipere digneris. Quod si per mensem integrum fieri potuisset; et si per horas 8, vel ad minimum 7, indies hisce studiis incumberes: tum satis te intellecturum confido, quam omnino sit necessarium, Te in futurum esse — *et in scribendo longe accuratiorem — et in reprehendendo minus severum.*

Nunc demum, Vir Cl. illud videor jure optimo a te poscere, ut in *Bibliotheca ista tua*, in qua Criminationes tuas late disseminari voluisti, in ea etiam hanc meam Defensionem haud mora edendam cures. (68) Hoc non tibi

---

solum iniquus, sed et ridiculus visus essem lectoribus meis; quibus certe non displicebo, tacitus emendans, seu, ut p. 25 (133) loqueris, dissimulans.

(68) Mirum quidem postulatum, et a toto bibliothecae Orientalis instituto abhorrens, in

tibi non penitus placere potest; si illud a te sincere dictum sit — criminationes istas non ex

---

in qua controversiae locum non habent, si pactis cum lectoribus stare velim, nec quidquam alienae manus, praeter ea, qua pagina 4 praefationis Tomo I praemissa indicavi. Defensionem Tuam edere, si Tibi injuriam factam putares, Tuum erat, non meum, nec quisquam ab eo, contra quem scribit, exigit, ut is maledicentissima adeo et rustica verba, in se injuriosa, ipse evulgari curet. Si volebas Tuam defensionem a Germanis legi, nesciebasque, libros in Anglia editos ad nos quoque pervenire, ut pleraque peregrina, Tuo debuisses sumtu in Germania iterum edere, aut bibliopolam quaerere, qui suo faceret, non mihi id oneris imponere.

Feci tamen, quod pro more Tuo exigebas, nec unquam in posterum facturus sum, cumque ipsi bibliothecae Orientali haec aliena, nec lectoribus meis desiderata, inserere non liceret, adpendicis loco Tomo XII adjeci. Id vero ne quis in exemplum trahat, atque denuo exigat, quod semel feci nunquam repetendum, causas indicabo, quibus ductus Tuas ad me literas recudi curaverim. Primo ea scriptae sunt rusticitate et maledicentia, ut mihi

ex invidia, neque malevolentia, ſed ex unico Veritatis ſtudio, originem deduxiſſe. Sin, quod rogo, vel maxime tibi id diſpliceat; omnino tamen ad ea confugio, quae a te, annis abhinc 23, ſcripta ſunt — *Ne injuriam faciamus Kennicotto, corrigi petimus quod feſtinantius ſcriptum eſt — Pro Candore Noſtro, Verique*

---

mihi quidem nocere nequeant, ita a bonis moribus, inter eruditos receptos, ſejuncta, ex Tuis autem verbis, qualis ſis, noſci poſſis: id vero ut fiat cupio, hac poena contentus. Mirabuntur ſane, qui enarrationem meam antea legerunt, quid ſit, cur tam iraſcaris, et ſuſpicabuntur, cauſſae aliquid ſubeſſe, tectum ulcus, quod forte nolens attigi, licet nunquam adcuſarim: ſed de hoc uticunque aut ſtatuant aut ſuſpicentur, totum hominem quibus ſit moribus perſpectum habebunt. Deinde verebar, ne exteri, Tui maxime cives, qui Germanica legere non poſſent, magnam Tibi a me factam injuriam putarent, ſi Tuas ſolum audiviſſent adcuſationes: paratiſſima vero defenſio videbatur, ſi ipſam meam enarrationem, latine verſam praemitterem, qua lecta melius de me exiſtimabunt.

Verique Unico Amore, et haec indicanda sunt quae displicent. Relat. fasc. 9; p. 26, 28.

Sum, Professor Celeberrime,

ea qua par est observantia,

Tibi ex animo Amicus,

Oxonii;
Feb. 11°. 1777. B. Kennicott.

P. S. Dixi, in pag. 27. illud ab adversariis meis saepenumero jactari — nullas esse in codicibus nostris Hebraicis *Differentias essentiales.* Quae quidem affirmatio cum sine aliqua saltem probatione non relinquenda sit; subnectendam censui meam de Viro Cl. Fabricy Epistolam, paucis abhinc annis apud Italos editam. Nec male, uti spero, comitabitur hanc meam Michaelis refutationem altera illa jampridem, sed adhuc non adeo publice, divulgata: ut iis, quae a me dicta sunt, contra *Duumviros hosce Clarissimos*, simul fruantur cordati quotquot sunt Operis mei Fautores.

DOCTISSIMUS Pater *Fabricy*, bibliothecae Casanatensis Romae praefectus, in binis voluminibus quae nuper edidit (*Des Titres Primitifs de la Revelation* &c.) notitiam dedit codicum MStorum Hebraeorum, in *Italia* asservatorum, falsam omnino atque injustam; asserendo, *illos paucos continere Differentias a Textu impresso, et hasce paucas exigui vel potius nullius esse momenti.* Sed quum hic rei status veritati plane repugnet; et, nisi confutetur, bonae existimationi, qua codicum Hebr. collatio apud eruditos in Italia aliisque Europae partibus hactenus usa est, nonnihil possit detrahere: rem pergratam me Patronis meis facturum arbitror, si, brevi hujus Auctoris refutatione, quoad codices *Italicos*, quam citissime ab hac calumnia vindicetur Opus meum. Nam, etsi sub prelo sit, et usque ad finem *Geneseos* jam impressum, tamen sui ipsius nondum exhibere potest defensionem. 33

TESTIS unicus, quem nominatim citat Fabricy (tom. 2, p. 512) est pater *Ansaldi*; cujus de MStis *Taurinensibus* hoc est testimonium —— *Ho parlato col Teologo *** il quale mi ha assicurato sulla parola di uomo d'onore, che nulla non ha ritrovato di* ESSENZIALE *nelle Note Varianti: tutta la differenza consiste in alcuni Vau o Jod: non mai alterarsi il senso del Testo comune: grande essere stata la fatica: generosa l' Inglese ricompensa; ma il giuoco non valere la candela.* Patris hujus testimonium a testimonio pendet alterius: fidemque hic oppignerat non nemo, cujus nomen latet. Sed quod adeo caute egerit, mirari desinet lector; simul ac edoctus fuerit, falsissimam hanc esse criminationem. Certo certius est, in MStis hisce Taurinensibus *non* omnes Varias Lectiones in Vau vel Jod occupari; nam multis exemplis constat, eos *totis verbis* saepe a Textu communi differre;

ferve; eos in quibusdam locis *duo vel tria Verba* adjungere, quae in editionibus impressis desiderantur; pariterque *integra omittere Verba*, alio loco quinque, alio septem, idque ubi verba impressi Textus interpolata esse videntur. En quoque descriptionem horum codicum, confectam a doctissimo Professore *Pasini*; qui Taurini a Rege bonarum literarum fautore habuit in mandatis, ut eos in Operis mei commodum conferret. Literae ejus (April. 1764) haec habent —— *Quas ex codicibus MStis Hebr. collegimus variantes lectiones, Comiti Carburio — ad te perferendas tradidimus. Spes non exigua nobis est, futurum ut tu eas aequi bonique accipias; cum propter se ipsas,* MAGNI *enim* PLERAEQUE MOMENTI *sunt, tum propter industriam &c. Tu Opus, immortalitate dignum, feliciter prosequere, feliciusque perficias.*

QUERITUR Fabricy, se nihil de MStis *Mediolanensibus* elicere potuisse ex Professore *A Porta*. Vir hic doctissimus, qui, hortante Excell. Comite de Firmian, codicum horum pro me susceperat in se collationem, ita loquitur —— *De tali tantoque Opere, laboriosissimo utique ac sumptuosissimo, ad exitum perducendo, tractantes Angliae Proceres et Literati, laudem profecto eximiam promerentur; plurimumque commendandi etiam sunt, quotquot ut idem perficiatur amicam opem adjungunt.* Ait in-
34 super de uno inter codices Mediolanenses —— *Iste praestabilis adeo visus est, multumque ad Pentateuchum pristinae lectioni atque integritati reddendum conducere potest* &c. Quod Fabricy solicitaverit Professorem A Porta sciens illum pro me codices contuliisse, constat ex tom. 2, p. 513: et recte judicavit, doctos codicum Collatores esse hac in re Testes idoneos.

A Mediolano eamus *Parmam*: in qua Academia codicem Hebraeum possidet Jo. Ber. *De Rossi*, cele-

celeberr. linguar. Oriental. Professor; qui mecum humanissime jam communicavit varias lectiones, quas habet codicis sui pars; de quo codice, et Opere meo, haec habet — *Desideroso di contribuire anch' io in qualche modo alla perfezione d' una intrapresa si gloriosa pel Signor Dottore, e si utile per la Religione, qual è quella della Nuova sua Edizione del Testo Ebreo, mi do l'onore di trasmetterle le Varianti di un prezioso MS che possedo — Io non dubito, che nel numero — ella non ne ritrovi molte che meritin le sue attenzioni, e non sieno sprezzabili.* &c.

De codicibus qui *Florentiae* sunt affert testimonium, anonymum quoque, Fabricy; innuens, profectum hoc esse a quodam, qui ibi pro me eos contulit. Sed soli Collatores, ibi a me adhibiti, fuere docti patres *Berretta* et *Barroli*; qui sequenti testimonio sua adjunxerunt nomina (Oct. 1766) — *Tot variantes inventae sunt, ut mirari quis debeat. Neque hae variantes tantum in discrimine literarum Vau et Jod, ut plerumque accidere solet; sed sunt et aliae, et diversae, quae cogant lectorem ut attente ad eas animum advertat. Desiderantur multa Verba et Membra, quae plerumque in margine supplentur. Neque enim asserere auderem, haec relicta esse semper scriptoris oscitantia. Nos religiosissime omnia suis locis adnotavimus. Tu conferes cum aliis, quae ab universo terrarum orbe colligis.*

Quod ad codices MStos Heb. attinet *Romae* asservatos: etsi Fabricy caute evitaverit accusationem adeo apertam in illos, ac in alios Italicos, proferre; vult tamen ut idem subintelligatur. Sed longe aliter eruditissimus, et merito celeberrimus *Assemani*, Archi-Episcop. Apameae, defunctusque

Jos. Sim. *Assemani*, in testimonio suo (Mar. 1762) — *Nos attente legimus collationes Ebr. cod. Vaticanorum — quae quidem Variantes Lectiones, magno numero, valde utiles sint studiosis rerum Biblicarum; nullo modo officiunt genuino sensui, qui in Vet. Test. exprimitur — imo sensum eundem illustrant plurimum atque confirmant.* Neque laudationi huic dissimile est testimonium illud de aliis cod. MStis Romae, subsignatum a doctissimis Viris, *Georgi*, *Theoli*, *Ballerini*, atque ab ipsissimo *Fabricy* (Decem. 1763) — *in tot hisce diversis Heb. codicibus plura deprehenduntur, quorum aliqua Vulgatae editioni auctoritatem haud semel conciliant, aliqua, etiam Christianae Religionis orthodoxum dogma confirmant.*

Quis unquam hominum literatorum sacros codices MStos, ea qua degit regione asservatos, in pretio habitos, et revera pretiosos, sine collatione, sine probatione, tanquam inutiles publice vituperavit? Sed hoc facere ausus est Fabricy, de codicibus nuper accurate collatis; e quibus facillimum foret amplam hujus reprehensionis excerpere confutationem. Magis vero mirandum, quod codicum horum famam laedere vellet in ipsa Roma; ubi susceptum hoc Opus, pro quo perficiendo collati fuerunt codices Hebraei, plausu haud vulgari exceptum est, et honorifico ornatum patrocinio.

35 Eminentissimus Passionei, Cardinalis ille merito clarissimus, et Ecclesiae Romanae Bibliothecarius, suo me cohonestavit testimonio (Mai. 1761) manu sigilloque suo instructo; de meo dicens instituto: *L'Entreprise — a trouvée ici autant d'Approbateurs, que de personnes qui en ont entendu parler.* Doctus quoque *Constantius*, linguae Heb. Prof. qui pro me Romae contulit co-

dices,

dices, verba haec mecum communicavit (Nov. 1760) — "Quum nullum literarium opus praestantius sit eo, quod in archetypis sacrorum librorum „textibus illustrandis, ac pristinae integritati quantum licet restituendis, adhibetur; id autem nisi „diligenti antiquiorum codicum collatione perfici „non possit: dolendum profecto erat, tam necessario labore, quem in aliis veterum scriptorum „libris expurgandis insumptum videmus, Divina „Volumina defraudari. Hoc te, nonnullosque summos huius regni Viros, nulli neque sumptui neque labori parcentes, fuisse aggressos, cum maxime laetor, tum me in aliquam tanti Operis partem vocatum esse triumpho et gaudeo. Quantum autem instituti vestri ratio Viris, quotquot in Urbe sunt, eruditissimis et probata et accepta fuerit, „testis ego locupletissimus esse possum. Ego vero, „et mea sponte, et sapientissimi Cardinalis Passionei „auctoritate impulsus, collationem instituam ea diligentia et fide, quam rei ipsius, a SUMMO quoque PONTIFICE comprobatae laudataeque, dignitas ac magnitudo postulant." Ex alia epistola ejusdem Collatoris addantur haec pauca — "In „codicibus mox laudatis, plures, atque eas magni „momenti, variantes lectiones me invenisse laetaberis."

DENIQUE, mirandum est maximopere, quod Fabricy, non solum de codicibus Hebr. MStis alibi per Italiam, et in caeteris Romae bibliothecis, tanta loquatur fiducia, sed etiam de Hebraeis MStis, et Editionibus vetustissimis, *in bibliotheca Casanatensi* SUA; quanquam horum omnium ne unum quidem penitus contulisse videtur. Hoc autem, quod ipse nescit, ego eum jam certiorem facio: sciat is, codices *suos* in bibliotheca Casanatensi variantes lectiones in se continere et *plurimas* et *optimas*,

timas. Sed ne in calumniae reprehenſionem incurrat Fabricy, quod ad Operis mei attinet utilitatem, de qua et ipſe videri vult ſentire honorifice; quanquam ſummam impendit operam, ut oſtendat *Variationes* in codicibus Heb. eſſe *paucas*, et *millas* (ut vocat) ESSENTIALES; tamen, in eodem libro ſuo, propoſitam meam Bib. Heb. editionem hiſce cumulavit laudibus (tom. I, p. 202)

— "De quelque maniere même que la nou-
„velle Edition, que le ſçavant M. Kennicott
„nous prépare du Texte Hébreu, ſoit exécu-
„tée; nous montrons que la Vérité Hébraïque
„n'a rien à craindre: au contraire nous *jugeons*
„abſolument néceſſaire, pour l'HONNEUR de la
„RELIGION et l'INTERET des LETTRES, qu'u-
„ne Collection de cette nature ſe faſſe bientôt. Il
„ne s'agit que de vérifier un fait, par la Colla-
„tion des Manuſcrits Hebreux connus; entrepriſe
„dont l'exécution va mettre le dernier ſceau d'Au-
„thenticité et d'Intégrité aux Titres primordiaux
„de la Révélation. QUELLE EPOQUE MEME
„PLUS GLORIEUSE AUX LETTRES, QU'UNE
„TELLE EDITION!"

B. KENNICOTT.

CCIII.

Sententia ephemeridum Jenensium n. 100. anni 1776. de bibliis Kennicottianis: latine versa ab auctore, Joanne Godofredo Eichhorn, Professore Linguarum Orientalium in academia Jenensi.

Hactenus de bibliorum Kennicottianorum forma externa; jam quid de eorum indole ac pretio statuamus, paucis exponendum videtur. Aequus rerum arbiter nemo id vitio vertet Kennicotto, V. S. V., quod probabiles ad sacri Codicis V. T. integritatem restituendam nostra pariter ac majorum memoria a Criticis in medium prolatas conjecturas ne dicam nunquam; rarissime saltem Codicum MSS. auctoritate confirmet. Id enim non erat datum homini ex Codicibus *Masorethicis* ad *Masorethicam* bibliorum hebraicorum editionem variarum lectionum farraginem colligenti. At id erat non sperandum solum, verum etiam summo jure postulandum ab eo, qui et ipse variarum lectionum ad biblia sacra V. T. colligendarum consilium ceperat et ut eidem messi falcem immitterent, auctor fuerat criseos sacrae peritis compluribus: primum, ut ipse quae in Codicibus MSS. confe-

rendis obſervandae ſint leges probe teneret, deinde, ut in lectionis varietate e Codd. MSS. excerpenda tantam adhiberet ἀκρίβειαν, quantam humana admittit imbecillitas. Ex utraque autem novae, de qua loquimur, bibliorum editionis pagina luce meridiana eſt clarius, Kennicottum praecepta illa vel ignoraſſe, vel neglexiſſe, nec eſſe in lectionibus variis notandis ea religione verſatum, quae hominem criticum decet, et ut paucis complectar, Kennicottum apparatus critici edendi conſilium laudabile eſſe illaudabiliter executum. Tacebo jam, qua fide ac religione Codicum excerpendorum provinciam adminiſtraverint, qui operam ſuam Kennicotto locarunt; nec commemorabo, quae praecepta in lectionis varietate colligenda quisque ſecutus fuerit, licet ex lectionum excerptarum indole ejus generis obſervationes colligere nec difficile ſit, nec inter inania reponendum: equidem his miſſis id in praeſentia agam, ut de Kennicotto, bibliisque ab ipſo editis latam ſententiam ita defendam, quemadmodum per loci hujus angustiam licet, hoc eſt, ex argumentorum, quae mihi ad eam probandam in promtu ſunt, agmine pauca proferam, lectoremque plura poſcentem ad ipſum librum ablegem. Age igitur ad rem ipſam progrediamur!

Indicavit quidem Kennicottus, V. S. V. in lectionum variarum ſylva, quid deſit in quovis

quovis Codice MS., hoc est, quibus in locis jam Consonantes et syllabae, jam voces integrae omissae sint, jam vocabulorum integra series exciderit: verum ne verbulo quidem notavit id, quod primo loco notandum erat, num sint vel Codicis margini adscripta, vel linearum interstitio inserta, quae erant a librariis praeterita, tacuit porro, quibus verbis majores pariter ac minores lacunae sint explectae. Iam autem constat inter omnes, qua diligentia Codicum MSS. censores restituerint a librariis praetermissas Consonantes, syllabas, voces; atque ubi eas in Codice correcto nullibi restitutas videas, veri esse quam simillimum, nec Censorem inveniisse eas in Codice, quem in corrigendo secutus sit. Deinde vidimus nonnunquam Codicum censores in ejusmodi lacunis explendis recedere a lectione vulgari, lectionesque vel margini vel linearum interstitio allinere notatu dignissimas. Quae cum ita sint, necesse est, ut annotetur non solum, quid desit in Codicibus MSS., verum etiam, quid sit in Codicis retractatione restitutum. Quid igitur, quaeso, de Kennicotto statuamus, qui ejusmodi supplementa intacta reliquerit? quam turpiter se dedit, qui legem in Codicibus excutiendis inprimis observandam nescio neglexerit, an ignoraverit. Ipse quidem Kennicottus hujus vel ignorantiae vel negligentiae poenas dedit sat graves; sed

cum eo immerito luunt, qui opere ab *ipso* edito utuntur. Ut enim taceam id, quod potest ex supra dictis colligi, ignorari jam, et quibus in locis et quibus verbis sint lacunae expletae; nulla censorum ratione habita non potuit non fieri, quin lacunae ipsae nonnunquam perperam laudarentur. Ex hoc profecto fonte manavit error, quem Kennicottus in lacuna Judic. V, 30. indicanda commisit. Is enim: "לסיסרא שלל צבעים deest in Cod. 109". *Schnurrerus* vero in dissertatione egregia in Canticum Deborae edita ejusdem scribae aberrationem ex Correctoris supplemento his verbis notavit: "omittitur (in Cod. Harlej. 5709) צבעים לסיסרא שלל sed suppl." Atque ejusdem generis peccata multa in opere Kennicottiano mihi invenisse videor, quae tamen, quoniam nec patet aditus ad codices vel a Kennicotto ipso vel ab aliis excussos, nec sunt adhuc Codicum MSS., Kennicotti sub auspiciis collatorum, a viris hujus rei peritis institutae retractationes in lucem publicam emissae, non possunt ita a me probari, ut dubii nihil remaneat. Cujus generis errorem suspicor Gen. I, 26., ubi Kennicottus monet "omitti in Cod. 150 הארץ ובכל". Quicunque autem hunc locum paullo diligentius inspexerit, facile nobiscum suspicabitur primum, ובכל הארץ in Cod. cit. defuisse, deinde verba haecce pro spuriis esse

eam

eam ob causam habita, quod nec v. 28. *universae terrae* mentio sit injecta.

Quod Kennicottus V. S. V. puncta vocalia in Codd. conferendis negligenda duxerit, multi jam pridem aegre tulerunt: nunc autem, post ipsam lectionum collectarum farraginem in lucem publicam emissam intelligitur tandem, quam late pateant hujusce legis incommoda. Cum autem lex ipsa ambigua sit, dubiumque relinquat: an voces, vocalibus destitutae, notandae sint, nec ne? jam non in id inquiram, quam hujusce legis interpretationem quisque eorum secutus sit, qui Kennicottum in Codd. MSS. conferendis adjuverunt. Kennicottus profecto, legislator ipse, hominis in re critica parum versati partes sustinuit, qui voces punctis vocalibus carentes indignas judicaverit, quae annotarentur. Cujus rei exemplum, ut ex innumeris unum exscribam, habes Judic. V, 7., ubi Schnurrerus חדלו posterius vocalibus carere in Harlejano 5773 affirmat: Kennicottus autem, dum hujus varietatis, (quam tamen ignorare non potuit, qui, nisi me conjectura fallit, Cod. hunc Harlejanum ipse excusserit,) mentionem nullam facit, se ignorare fatetur id, quod ex primis criseos sacrae elementis notum est: scilicet, voces punctis vocalibus carentes esse plerumque pro damnatis habendas. Quae igno-

ignorantia quam sit critico bono indigna et quam mancam mutilamque reddiderit totam a Kennicotto institutam Codd. MSS. collationem, quoniam ab artis criticae perito quovis satis intelligitur, jam monere non est necesse.

Quod autem multo magis mirere, ipsa lectionum variarum farrago tanta negligentia a nostro congesta est, ut qui hunc locum paullo accuratius excutere velit, librum debeat conscribere. Equidem sententiam hanc, quae quoniam est de libro a multis et re et consilio adjuto pronunciata, multis possit duriuscula videri, ibo, quantum per plagulae hujus angustiam licet, probatum, ne quid temere dixisse videar. Fundamenti loco ponam lectionis varietatem ex Codd. Harlejanis a Schnurrero, Viro celeberrimo, dum in Anglia versaretur, ad canticum Deborae excerptam et in dissertatione, in qua de cantico Deborae egregie est meritus, publici juris factam. Ex lectionibus Codd. Harlejanorum singularibus collegi, quo quisque numero in editione Kennicottiana sit notatus.

1. Judic. V, 30. *Schnurrer*: „(לצוארי in Harlejano 5706 scriptio prima fuisse videtur לצואר sine Jod.“ *Kennicottus* silet!

2. Vers. 3. (אנכי ליהוה אנכי אשירה *Schnurrer*: „Harlejanus 5709 habet: אנכי

רז „

„רזנים אשירה sed media vox caret vocali „et in margine scriptum: ליהוה אנכי „אשירה" — Codicem Harlej. 5709 Kennicottus num. 109 notavit, id quod patet ex lectionibus ejus singularibus v. 2, 6, 8, 9 bis, 12, 28 bis, et 30. — *Kennicottus* in bibliis: „ליהוה אנכי omissum." — At siglis notari debebat *a*) a prima manu legi in Cod. 109, אנכי רזנים אשירה *b*) רזנים autem vocalibus omissis a punctatore esse damnatum *c*) margini tandem adscriptum esse: ליהוה אנכי אשירה.

3. Vers. 6. (ארח' והל' נת' יל' אר' *Schnurrer* "Codex Harlejanus 5709 habet „ארחות אר' sed in spatio intermedio „suppl. והלכי נתיבות ילכו — Jam autem qua levitate *Kennicottus*: "והלכי נתיבות „ילכו omiss. 109" —

4. Vers. 9. *Schnurrer* "בעם omiss. in „Harlej. 5709. sed suppl." — *Kennicottus* „בעם omiss. 109." — At erat ab alia manu restitutum!

5. Vers. 9. *Schnurrer*: את יהוה (יהוה „Cod. Harlej. 5709. sed את caret vocali." *Kennicott*: "את יהוה habet n. 109." — Verum punctator particulam את puncta nulla adjiciendo damnaverat!

6. Vers.

6. Vers. 10. *Schnurrer* "והלכי (והלכי „(sine Vau) Harlej. 5709. sed addit. Vau." — At *Kennicott*: "sine Vau 109." —

7. Vers. 12. *Schnurrer* "את (שביך שביך Harlej. 5709. sed את quanquam vocalem habet expunctum." — *Kennicott*: "את שביך 109." At tertius quidam, a librario et punctatore diversus, particulam את damnaverat!

8. Vers. 26. *Schnurrer* "מחקה (ומחקה „Harlej. 5709" — Kennicottus autem, nescio quo casu, de ומחקה laudat Cod. 150, nec 109, qui tamen ei alias est Harlej. 5709. De sequenti vero ומחצרה monet, ו praef. omitti in Cod. 109, ubi tamen Schnurrerus Codicem hunc inter eos non recenset, qui ו illud omittunt.

9. De Vers. 30. v. quae supra diximus.

10. Vers. 17. Schnurrer "ורן) ורם habet Harlej. 1861. sed emend." Cujus mendae Kennicottus non meminit, quam tamen lectoribus ἀκριβειαν suam probaturus praeterire non debebat.

11. Vers. 8. *Schnurrer* "בישראל) omiss. in Harlej. 5722. sed supp." *Kennicottus* de hac voce omissa silet.

Sed

Sed sufficiat, *undecim* haec levitatis specimina indicasse, quae in unico cantici Deborae textu cum *quatuor* Codd. MSS. conferendo edidit Kennicottus noster. Quam larga vitiorum colligendorum messis futura sit, ubi Codices MSS. non ab ipso Kennicotto, sed ejus tantum sub auspiciis collati, sub novum vocentur examen, facile est ex brevi censura nostra colligere. — Ceterum nescio, qua causa inductus, celeberrimus Kennicott varias ab Houbigantio jam collectas lectiones farragini suae inserere dubitaverit. — Sed tela jam est abrumpenda, licet multae supersint dubitationes, quas possimus lectorum harum rerum peritorum examini subjicere. —

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Michaelis, Johann David,

Supplementum Tomi duodecimi Bibliothecae orientalis ... J. D. Michaelis

Frankofurtum 1778

L.as. 421#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10572670-5
VD18 14569000-001